

ponitur de is Rota.  
 In patronatus laicorum est quod alicuius sine laico, si sine clerico non ratione Ecclesie, sed proprii patrimonii, competat & si non apparet, attenditur in successione, nam si per successorem deferatur, sicut dicitur laicum n. 592.  
 Quod clericus Beneficiatus ex bonis acquisitis in iure Ecclesie ac redditibus Beneficij fundat, seu dotat Ecclesiam, Capellan, seu Capellanos, relinquendo patronos suos heredes, seu consanguineos, an tale ius patronatus censetur laicale, an Ecclesiasticum, ut videtur certum: a quibus ex bonis Ecclesiasticis Ecclesia fundatur seu dotatur, ius patronatus est Ecclesiasticum. n. 593.  
 Sed id videtur procedere inspecto iure communis secundum quod Beneficiatus non possunt testari, sed Ecclesia succedit, sicut in consuetudine, ut in Hispania, ex qua possunt testari, ac eis intestato succedi, ac etiam Episcopis habentibus facultatem testandi, & ita videtur in Hispania receptum. n. 594. & 595.  
 Quamvis Episcopi non possunt testari, tamen, cum inter vivos fundant, seu dotant aliquam Capellan, seu Capellanos, solum relinquere ius patronatus suis consanguineis, aut aliis abique eo, quod Ecclesia, seu successori, vel camera in eo succedat, quia consuetudine statem, etiam si iudex patronatus videtur laicale, n. 596. & n. 597. ponitur resolutio Rote, in confirmationem dictorum.  
 An ius patronatus competens operarius, seu economis Ecclesie, si laicalis, an Ecclesiasticum? numer. 597. & sequitur resolutio esse Ecclesiasticum contra Fel. & alios.  
 Item videtur in iure patronatus spectante ad Hospitalarios etiam laicos, non solum quando est fundatum, seu approbatum auctoritate Episcopi Hospitalis, quo casu est locus pius, & religiosus, & gaudet privilegio, & immunitate Ecclesie, sed etiam alias, si est perpetuum, nec potest revocari, licet non sit locus religiosus, & sacer, & sic non gaudet immunitate, est locus pius, & de iuridic. Ecclesiastica, & gaudet, privilegio Ecclesie. n. 600.  
 An ius patronatus confraternitatum laicorum, si laicale, an Ecclesiasticum? n. 604.  
 Resolvitur istas confraternitates esse loca pia, & etiam religiosa, si sunt ab Ordinario approbata, & sic super eorum rebus coram Ecclesiastico esse contentendum, & in rigore istud ius patronatus esse Ecclesiasticum, ex aequitate tamen ac effectu derogationis, & reservationis contentendum laicale.  
 Idem dicendum in iure patronatus spectante ad Priores, sed officiales eorum, qui solent esse laici, quamvis aliquando sit clericus, n. 609. Si tamen esset relictum Priori, qui semper debet esse persona Ecclesiastica, seu clericus ius patronatus erit absolute Ecclesiasticum, n. 610. & seq.  
 Quod dictum est de Hospitalibus, & confraternitatibus simpliciter dicitur de Collegiis institutis pro sustentatione pauperum, & de eorum iure patronatus, quando maior pars est laicorum, & declaratur doctrina Bart. in l. fin. de Collegiis. n. 611. Et inferitur ad quationem de subsidio inpositio per Papam super redditibus Ecclesiasticis, an huiusmodi Collegia debeant in eo contribuire de bonis suis temporalibus, n. 613.  
 An quando ius patronatus est Ecclesiasticum, & laici, & facta est conventio de alternis vicibus presentandi, in iure Ecclesiastico censetur Ecclesiasticum, & in iure laico laicale meretur. n. 614. resolutur, quod sic, & ita in iure Ecclesiastico Beneficium cadere sub refer-

vatione, & in iure laico non, per provisionem Papam vero in r. r. laice, licet alias dato equalitate provisione ex Apollonia non consensum. r. r. n. m.  
 Quando laici vacante Beneficio nominant Relectorem, quem persona Ecclesiastica presentat Episcopo, vel e contra, penes quem sit ius patronatus, & sic, an sit Ecclesiasticum, an laicale, n. 616. videtur esse apud eos, qui nominant, non qui presentant, & in censetur laicale, ubi requiritur consensus, aut consilium Ecclesiasticum.  
 De verbis electionem, & quamvis aliam dispositionem, remissive. n. 617.  
 Illis verbis reg. quorum eoque collatorum, comprehenduntur Beneficia ad collationem unius tantum pertinentia, quia pluribus in singularitate, & c. n. 618. & ista verba capiunt etiam collatores, ex privilegio etiam ad tempus, omnia Summontan. & Gonzaga. n. 619. & reg. in illis verbis comprehendunt, tan ordinarios quam extraordinarios collatores, etiam ex fundatione, n. 620.  
 Verbum collatorum, ut quoniam prolatum a lege comprehendit praesentatores electores, & alias dispositores, & c. n. 621.  
 Quamvis masculinum concipiatur, tamen non tamen maioris explanationis causa addita sunt verba, & collatorum nam ex privilegio femina possunt habere ius conferendi, & verbum, collatorum, comprehendit presentatrices, cuius iuris feminis capere sunt de iure, n. 622.  
 Sicut reser. Beneficiorum, qua referuntur, sit in reg. expressa mentio de secularibus, & regularibus, maioris explanationis causa, sic etiam respectu collatorum, n. 623.  
 Respectu Cardinalium nulli sunt menses reservati, quia reser. exceptis, alias eos comprehendunt, n. 624. & ista exceptio intelligitur de Cardinalibus ordinariis collatoribus tantum, non de aliis etiam Legatis de Latere, numer. 625. & procedit etiam in Beneficiis simultaneis collationibus, cum Capitulis cui prodest, numer. 626.  
 An sicut ista exceptio prodest Capitulis, sic etiam in Beneficiis simultaneis collationibus reservatis ei prodest in dotali non concessum Cardinali Episcopo ad conferendum reservata, n. 627. resolutur non prodesse contra Gonzal. & declaratur id, quod dicitur, in dotali nihil de novo concedere, nec augere facultatem conferendi, sed tantum renovere obiectum reservationis.  
 De indultis Cardinalium remissive, & limitationes, que in indultis non tenentur ponuntur, quorum tenor est diligenter inspicendus, n. 630.  
 Si Cardinalis collator non contulit Beneficium vacans in mense alias Apollonia infra semestre, an devolutio fiat ad Archiepiscopum, seu Capitulum, an vero ad solam Papam. n. 631.  
 Resolvitur fieri ad Archiepiscopum, & licet secus sit in Beneficio reservato conferendo vigore indulti, numero 632.  
 An Cardinalis Episcopus possit conferre Beneficium, quod vacavit in mense Apollonia ante eius promotionem in vita sui necessarii, qui Cardinalis non erant numer. 633. Resolvitur cessante indulto non posse.  
 An Cardinali Episcopo decedente ante collationem Beneficij vacantis in mense Apollonia, possit illud conferre Episcopus successor non Cardinalis, & a m. r. 634.  
 Resolvitur non posse, sicut reg. 2. Cancellaria reservatoria Beneficiorum post obitum Episcopi non vacantur,

contra

contra Gonzal. cuius etiam doctrina, quod Visarius Episcopi in remota decedente habens facultatem conferendi post obitum, ante illius notitiam possit conferre Beneficium, quod vacavit vacante Episcopo, est falsum, n. 636.  
 An tunc, excepto, & favor nostra regula extendatur ad Cardinales abiectione a curia, vel solum procedat in residuis iurisdictione numero 637. Et sequitur resolutio per hoc regulam, quod absolute, & indistincte excepti Cardinales, non reservari Beneficia vacantia in sex Episcopatum Curia aliam antiquiorum sint reservata per regulam 7. si sunt abiectione a curia.  
 An sicut regula, non comprehendit Cardinales, similiter etiam non comprehendit Reges collatores, n. 639. resolutur, quod non.  
 Quare dicitur regula, S. Romane Ecclesie Cardinalium numero 640. resolutur, quod ad regulam, in aliorum, qui non sunt S. Romane Ecclesie, vel potius ad devotandam etiam Dignitatem, & de nominationem.  
 Papa non intendit ledere concordia Germanie, & Francie, de quibus renajine, n. 641.  
 Per hanc regulam referuntur Beneficia ad provisionem quorumcumque quoadlibet pertinentia, id est, sine de iure communi, sine de iure speciali, numer. 642.  
 Reservatio habet effectum personalis, & si eum conditore exprimat maxime, quod est facta ad ius voluntatis beneficii placitum, quod morte finitur, numer. 643. & quod est postea tunc alia regula Cancellaria, in tempore duraturat, si sic exprimit mortem, seu renunciationem Papae, n. 644.  
 Sede Apollonia vacante omnes menses sunt Ordinarii, & tunc Ordinarius possit providere de Beneficiis vacantibus in quolibet mense ante factum, & regulariter, n. 645. nisi aliter sit assilata, aut Papa postea ecclesiam declaraverit, non expressit reservationem, aut illa de novo referunt, prout aliquando fit ad providendum conclusum, n. c. n. 646.  
 Indultum conferendi, seu presentandi Beneficia vacantia in mensibus Apollonia, non habet locum, si de Apollonia vacantes, quia tunc nulli sunt menses Apollonia secundum Rotam, n. 646. non conducit ad indultum Ducis Albari, quod est restrictum ad menses Apollonia, & solum est Beneficij primitivae ad Papam collationem pertinentia, n. 648.  
 Clausula apponi solita iuxta regulam Cancellaria in litteris indulgentiarum, quod si alias aliqua indulgentia fuerit per ipsum concessa, illa nulla sit, & operatur, ut indulgentia sit alia nulla in totum, ut intelligitur tantum de ipso Papa decedente, & non de ante, essere, & c. n. 651.  
 Sub clausula Brevis de capienda possessione, non tamen a nobis praesentis, comprehenduntur praesentia praedecessoribus iuxta subiectam materiam, & praesentis vigore litterarum Papa, dicitur praesentis a Papa secundum Rotam, n. 651. secus quando in Brevis dicitur, non tamen a nobis, seu a nobis ipsi praesentis, non tamen a nobis sunt personalissima, & operantur, quod Brevis de reser. conferendum contra omnes non praesentia, est, n. 652. ubi ponuntur resolutiones Rote.  
 De verbis generaliter & de verbo referuntur remissive, n. 654.  
 Statutum est de mense vacante reservatione fieri, quia vult Papa certum reddi, an Beneficium vacaverit in suo mense, n. 655. de quo debet servari ius dispositionis, id est affirmative, & absolute, non dubitative,

aut cum dictione, ut affertur neque in communi, numer. 656.  
 Id solum habet locum in mensibus reservatis, & provisionis a Papa de Beneficio vacante in mense Ordinarii, non tenetur de mense mentionem facere contra Gonzal. n. 657.  
 Quia dicitur de obo mensibus reservatis, scilicet debere fieri mentionem de mense vacationis, procedit etiam in sex mensibus alternatis Papa, quando Episcopus habet alterativum, n. 658.  
 Regula de mense exprimito procedit in gratia, si fuerit, n. 659. & in nona provisione, quando in prima gratia non fuit expressus, n. 660. & etiam, si quis velit capere Beneficium per clausulas generales, sine alio quomodolibet, n. 661.  
 Procedit etiam in gratia de Beneficio vacante, non solum de iure, de facto sed etiam de iure tantum, & de facto tantum, n. 662. ubi, quando Beneficium impetratur per obitum, habetur ius in re alio existente in possessione, si exprimitur mensis vacationis, & obitus illius, quando est imperator per obitum, ultimi possessoris de facto possidens, sufficit exprimere mensis illius vacationis de facto, n. 663. ubi ponitur decisio Ro. n. 6.  
 Non placet, quod in ista decisio dicitur, quod, cum non datur casus provisionis Ordinarii, non est necesse de mense fieri mentionem, n. 664.  
 Procedit etiam, non solum in vacatione per obitum, sed etiam alio quocumque modo, in quo ius reservatum regula, n. 665. nec praxi, & stilus daturus est in contrarium, quamvis admittantur supplicationes de alius vacationibus abique expressio mensis, ius ratio redditur, n. 666. ubi quando Papa censetur vellet praesentis Ordinarii.  
 In vacatione per resignationem sine in curia, sine extra non est necessaria expressio mensis, nisi ubi reservatio, non tenetur, & reservatio ex clausulis generalibus vellet capere Beneficium, n. 667.  
 Regula etiam hac de expressio mensis non habet locum in Beneficiis alias reservatis, & in vacantibus in curia, n. 668. nec in provisione Papa de Beneficiis iure patronatus laicorum n. 669. nec mensis expressio est necessaria in reservatione, & institutione etiam coram Papa, n. 670.  
 Non etiam habet locum reg. de expressio mensis subrogationibus, quoad Beneficium litigiosum in locum, & ius defu. ubi, quamvis sit in gratia, si vacanti, n. 671. nec etiam habet locum in gratia reservationis seu perinde valere, quando in legatum sui mensis expressus, n. 672.  
 An in provisione Nunti, seu Legati locum habeat haec regula de exprimito mensis remissive, n. 673.  
 In provisionibus Episcoporum, & aliorum Ordinariarum clarum est non esse necessariam expressionem mensis, n. 674.  
 De verbis, ac consuetudines immemorales optandi, & nec non Privilegia, & indulta, & c. remissive, n. 675.  
 Per verbis, ac etiam disponendi de huiusmodi Beneficiis, & derogantur indultis dispositionibus de Beneficiis, & non reservatis, seu vacantibus in mensibus reservatis, n. 676.  
 Dicitur verbis, ac etiam disponendi de huiusmodi Beneficiis, referuntur non solum ad privilegia, & indulta, sed etiam ad consuetudines, etiam immemorales disponendi de huiusmodi Beneficiis, & c. n. 677.  
 Papa etiam sine causa potest derogare, & revocare, primitivae ad conferendum Beneficia, n. 678.  
 Per hanc regulam non censetur derogatum Bulla Sixti



IV. & Leonis X. de Canoniaribus Doctoribus, & Magistratibus Hispania, ubi statuitur huiusmodi Canoniaribus sub reservationibus non comprehendi, ex 20 prapibus, quia d. Bulla est per modum statuti, & per viam legis n. 679. & sequens de ratiombus, & fundamentis adductis per Gonzalez.

De verbis, etiam cum quibusvis derogatoriis derogatoriis, & c. alius sequentibus usque ad finem regulae, remissives, & c. n. 681.

AD secundum deveniendo ad explicationem notitiae reg. & notab. quae ex eius verb. seu circa ea deducuntur in primis notandum est, circa illa verba, cum cura clare per ea referantur Papae collatione Beneficiorum, quae etiam non fuissent addita ista verba cum cura, & sine cura, ad hoc comprehenderentur in hac reservatione, tum quia in dispositione legali appellatione Beneficij veniunt omnia Beneficia, etiam curata in materia stricta, ut dixi supra 1. p. c. 6. n. 67. tum maxime propter illa verba vniuersalia, omnia Beneficia, ut alias in simili reg. Gregor. XIV. resoluti Rota in Salamantina Parochialis de los Villares 5. Julij 1593. coram Illustrissimo Card. Aragonio, & post haec tradit Gonzal. gl. 6. ex n. 17. non tamen tollitur.

Concurfus ab Ordinario faciendus iuxta decretum S. Concilij Tridentini. de refor. c. 18. & constitutionem Pij 7. super collatione Ecclesiarum Parochialium, qui etiam in reseruat. est faciendus, ut ibi, & declarat S. Congr. Concilij, ut infra dicitur 9. p. c. 2. n. 157.

Secundo circa illa verba, Omnia Beneficia, & c. notandum est, quod intelligenda videntur de Beneficiis perpetuis, non de manualibus, seu ad nutum amouibilibus, quae siue secularia, siue regularia, sub reservationibus, etiam generalibus, ac regulis reseruatoriis non comprehenduntur, quia Papa reseruando sibi collationem Beneficiorum, videtur intelligere de collatione, quae sit perpetua, & non intendit mutare naturam Beneficiorum, cum non exprimat. Calder. consil. 26. de Praeben. Fel. qui sequitur istud consilium, illud simpliciter referens in c. per tuas sub n. 4. de maior. & obed. Staphil. de literis gratiae 9. forma expectat. numero 29. Glossator. Soto in reg. 3. Cancell. vers. ex quo sequitur Aneas de Falcon. de reseruat. 3. quae. principali num. 25. Casad. dec. 4. numero 1. de Praeben. Achilles dec. 172. seu 9. de Praeben. Lud. Gomezus de expectat. numero 94. Rebuffus in regula 2. Cancell. verb. ac dignitates conuentuales in fi. Mandos. reg. 3. Cancell. orie. quae. 1. numero 4. & latius reg. 3. quae. 11. Paulus Granucius ad Simonetam quae. 8. licet Simoneta ibi contrarium teneat Flam. Parif. de reseruatione Benef. lib. 11. quae. 3. numero 82. 83. & 95. & facit, quod ipse tradit lib. 2. quae. 11. n. 1. numero 7. Zerola in praxi Episcopali. 1. par. verb. Beneficij 3. d. 10. Rota dec. 739. numero 8. par. 1. d. 1. & in Parmen. Prioratus 4. Julij 1593. coram D. meo Corduba, de qua supra 1. par. c. 2. n. 67. & post haec tradit Gonzalez, gl. 5. n. 9. dicens fuisse decisum 10. Decem. 1603. coram D. Lita.

Et quamuis regula haec exprimat Beneficia regularia, quae regulariter, & natura sua sunt manualia, tamen aliquando sunt perpetua, Casad. numer. 3. & Achilles supra, & Mandos. d. reg. 3. 9. 10. & 11. & dicitur est d. cap. 2. 1. par. 1. numero 65. & de iis non de manualibus videtur reg. intelligenda, etiam quoad regularia, sicut & extraneas ad regimen innotata per reg. 1. quae loquitur etiam expresse de regulari-

busex dictis, & alias diximus supra num. 271. & ita post haec notat Gonzalez supra d. glo. 5. n. 6. a numero 58.

Et ista Beneficia regularia perpetua, comprehenduntur in reg. etiam de regularibus expressa mentio non heret. quia Beneficiorum appellatione non solum veniunt Beneficia secularia, sed etiam regularia, Rota dec. 739. n. 1. par. 1. c. de 189. n. 1. par. 2. d. 1. d. 1. & nullibi reperitur scriptum, quod in generali reservatione Beneficiorum non veniant regularia Beneficia, si sint perpetua, & in hoc magis inclinat Gonzalez gloss. 8. n. 18. vbi multa hinc inde adducit.

Sed an Beneficia regularia Ordinum militarium comprehendantur in hac reg. tractat ibi Gonzalez num. 53. & plura pro vtraque parte adducit, & tandem ait, quod pro nunc adhaeret generalitati constitutionis regulae, & sic, quod comprehendantur in ea perpetua Beneficia praedictorum Religiosorum propter amplissima verba regulae, quorumcumque Ordinum, praesertim stantibus sequentibus verbis, qualescunque, qualificata, & vbiicumque existentia. Admittit tamen, quod fortasse reseruat. huius regulae in sua generalitate non se extendat ad praepositoras, & Prioratus Ordinum militarium quae per regulam 3. non reseruantur, sed exceptantur, ne in generali reservatione veniat, quod in speciali non comprehenditur, arg. obligatione generalis ff. de pig. ar. 15. n. 15. par. 5. Ant. Gabr. cons. 12. de reseruat. item ne generalis lex comprehendat casum speciale, & privilegium, & c. Et ne in continenti detur correctio d. regulae 2. Sed mihi magis placet, quod nulla Beneficia, etiam minora ditorum Ordinum militarium comprehendantur in hac reservatione, arg. d. regulae 3. quae videtur colligi mens Papa nolentis reseruat. Beneficia Ordinum militarium.

Notandum est, etiam ex illis verbis, omnia Beneficia, comprehenduntur in hac reservatione, sicut etiam in aliis Beneficiis etiam tenuissima, & sine redditibus, & sic non posse conferri per Ordinarios, aut si sunt deuoluta, quicquid contra teneat Zerola d. 1. par. verb. Beneficia d. 3. d. 1. 7.

Praeterea circa illa verba, omnia Beneficia, qualescunque, qualificata Gonzalez glo. 9. n. 1. (vbi de Beneficiis patrimonialibus late agit. de quibus nosa sequitur infra cap. 7. a numer. 67. & 69.) mouet questionem, an illa Beneficia patrimonialia includantur in reservatione huius regulae? quaerit quoniam late tractat ex n. 22. & nos tractamus infra a num. 559. vbi vide.

Circa ead. verba tractat Gonzalez d. glo. 9. n. 2. mouet questionem, an Canonici Doctores, & magistrales, quae in Regno Aragoniae Castellae, & Legionis sunt, coherendi per concursum vni Magistro, seu Doctori, vel Licentiato in S. Theologia, & vni Doctori, vel Licentiato in iure Canonico, vel citiili graduatis iuxta formam Bullarum Sixti IV. Innoc. VIII. & Leonis X. comprehendantur in reservatione huius regulae, stantibus dict. Bullis, & in d. iis ad conferen. hos Canonicos, in quibuscumque mensibus vacauerint, & disponibilibus, quod per nullas reservationes speciales, & generales siue regularis Cancellariae comprehendi censentur. Quam questionem nos breuiter attingimus infra n. 679. circa illa verba, ac etiam disponendi de huiusmodi Beneficiis, aut quod illa sub huiusmodi reservationibus vniquam comprehendantur, & c. vbi melius cadit ibi vide, & c. n. 608.

Circa ead. verba est alia questio, & nam tractat Gonzalez d. glo. 9. n. 3. an haec regula procedat, quoad Beneficia consentientia in Ecclesia non numerata, vbi non adest certus numerus Canonicoorum, seu aliorum Beneficiorum, sed secundum fructum suum fuerit presentiam, vel decreuerint Beneficij crescent, seu decreuerint, quae dicitur Ecclesia receptiva? De qua quest. infra n. 550. circa verba quocumque modo vacatur a vbi melius cadit.

Circa ead. verba quaerit idem Gonzalez d. glo. 9. n. 4. an, si in vna Ecclesia vnum duntaxat Beneficium consistat, vel, si alicui competit collatio vnius tantum Beneficij, hoc vnicuique, & monoculare Beneficium comprehendatur in reservatione huius regulae? & tandem resolutur, quod quicquid esset in terminis regulae 3. de quo supra 1. sed duntaxat: capiat huiusmodi Beneficia monocularia, quia generaliter, & plenissime loquitur de omnibus Beneficiis qualitercumque qualificatis, & quia haec regula non aufert lumen, & potestatem coherendi omni tempore, ut illa regula 3. sed duntaxat in mensibus Apostolicis, & alias sequebatur, quod fere omnia Beneficia curata, quae ut plurimum sunt sola, & monocularia in Parochialibus, non venient sub reservatione contra verba regulae exprimentia Beneficia cum cura, & sic ait, quod tentari posset, quod quando, siue veri praedictio Dignitates maiores post Pontificalem in Cathedralibus, & principales in Collegiatis, si essent monoculares, non comprehenduntur sub reservatione d. regulae 3. tamen caderent sub reservatione huius regulae, quod mihi non certum videtur.

Circa ead. verba restat alia questio, quam agit Gonzalez d. glo. 9. n. 5. an haec regula capiat Beneficia creata, & fundata post illius promulgationem, & pluribus adductis pro parte negatiua, quam tenet Rota dec. 32. num. 7. de Praeben. in antiquis, & Simoneta quae. 12. per Clemens. de reseruat. tandem resolutur id, nempe, quod sub regula cadant Beneficia postmodum creata, cum Gaspare de Peruso de reseruat. cap. 2. num. 8. Gemin. cons. 169. sub num. 9. Aneas de Falcon. quae. 3. principali, quum 8. Mandosio regul. 3. quae. 7. additionatore Simoneta d. quae. 12. & P. Greg. de Benef. cap. 7. numero 1. quia, quando, reservationes sunt inductae per constitutiones, leges, seu regulas, vbi in proposito, non est in consideratione noua creatio, quia lex semper loquitur, leg. Arriana. C. de heredi. & contraria procedunt in reservationibus specialibus pro certis personis iuxta terminos d. elem. fin. quae sunt ambitiose, odiosae, & resistentiae cap. 2. num. 8. de Praeben. in sexto. cum aliis, non in reservationibus generalibus, & per viam legis.

Puto tamen, quod, quamuis Beneficia postea creata, & erecta, cadunt sub reservatione regulae id non procedat in ipsa prima vacatione per creationem, & erectionem, sed in vacationibus succedentibus post primam prouisionem: durum enim videtur, & a mente Papae longe alienum, quod, si in mense Apostolico crearetur, seu erigeretur Beneficium per Ordinarium, quod non esset de iure patronatus laicorum, Ordinarius ipse non posset illud conferre pro illa prima vice, nec patronus Ecclesiasticus presentare, quamuis Gonzalez ibi, numero 49. contra teneat, nempe tale Beneficium venire sub reservatione regulae, etiam in prima vacatione per nouam creationem, & erectionem.

Tertio circa illa verba, & vbiicumque existentia, notandum est, quod per ea ampliatur reseruat. regulae nostrae, non solum ad omnia Beneficia qualitercumque qualificata, sed etiam vbiicumque existentia, id est, siue in Ecclesiis Patriarchalibus, Metropolitanis, seu Cathedralibus, siue alias, quae tamen verba maioris declarationis gratia, & omnis dubitationis tollendae causa, sunt adiecta, nam etiam siue eis illa comprehenderentur in reservatione generalis, & per viam legis, licet locus in reservationibus specialibus pro certis personis, Hier. Gabr. cons. 197. lib. 1. numer. septimo. tradit Gonzalez glo. 10. a n. 1. quia alia etiam adducit circa ista verba, non multum condicentia.

Quarto ex illis verbis, & in singulis Ianuarij, Febr. Aprilis, Maij, Iulij, Augustij, & Nouemb. mensibus, notandum est, istos 8. menses prout iacent, & computantur, esse Apostolicos, & reliquos quatuor remanere Ordinarios, ordinarios propterea communiter nuncupatos, notat Gonzalez glo. 11. ex n. 1.

Sed hic oportet videre, vnde mensis incipiat, & computetur in proposito, & dicendum est, mensis incipere a media nocte, verbi gratia, mensis Ianuarij seu Februarij seu Martij incipit a media nocte praecedenti 1. diei, quae dicitur media nox praecedenti diei, id est, vltimi praecedentis mensis. Nam dies naturalis, & consequenter mensis secundum communem & naturalem computationem, incipit a media nocte, ut in l. more Romano ff. de feriis, & ibi Ist. & alij ea. consulunt de offic. Deleg. vbi D. Tiraq. de renatu. leg. 5. 1. glo. 11. num. 7. Nauar. de oratione cap. 3. n. 34. late Francolinus in tract. de tempore horarum Canoniarum cap. 8. cum sequens, & in proposito Rota in vna Auerlana Parochialis 12. Mar. 1562. coram Oradino, vt per Verallum dec. 67. seu 71. lib. 2. in manuscriptorum Ioseph Ludouic. dec. 116. n. 7. Rota etiam in Pittorien. alternative infra adducta n. 739. & post haec Gonzalez d. glo. 11. a num. 9. qui citat Polidorium Ripam in nouissimo tract. de nocturno tempore c. 3. a n. 17. & c. 158. & in terminis nostrae regulae inquit dixisse sepe Rotam.

Est autem media nox tunc incipit sonare hora 12. mediae noctis, etiam antequam desinat sonare horologium, seu ante finitus pulsus illius horae, quia cum primus pulsus horae sonat, iam est hora expleta Thom. Sanchez de matrim. lib. 2. disp. 41. nu. 40. & sic qui expirat post primum pulsus horae decime secunde, mediae noctis vltimi diei, verbi gratia, Decembris antequam finiretur pulsus illius horae, dicitur obiisse in mense Ianuarij & non Decembris.

Et vbi sunt diuersa 7. horologia, videtur standum horologio Parochiae, seu viciniae, in qua desunctus obiit, aut illi, per quod communiter ibi reguntur, cessante tamen fraude, aut notabile de ordinatione horologii, vbi autem horologia non incipiunt a media nocte, & meridie de 12. in 12. horas numerando, vt in Hispania, & Gallia, sed ab occasu solis, vt ad viginti quatuor horas numerando per quatuor fenarios, seu duas duodenas, vt in Italia, media nox accipienda erit iuxta quantitatem, seu magnitudinem, & paritatem dierum, & noctium, & tempore equinoctij media nox erit hora 6. & c. Et ad id cognoscendum deserviat tabulae postae per Francolinum in d. tract. 3. par. c. 100. 101. & 102. quamuis haec sunt ante correctionem anni, & sic in eis verni equinoctium ponitur 10. Martij & non 21. vt in correctione, deserviant etiam regulae postae per lunaria per



petua, & in calendario aliquorum missalium ponitur in fine mensium, quot horas habent dies, & noctes mensis de 10 in 10 dies.

16 In locis vero ubi non est horologium, vel, si sit, quando probatur non esse bene ordinatum, seu quod audiri non potuit, aut de facto non fuit auditum, accipienda erit media nox iuxta cursum noctis, arbitriumque ac iudicium hominum, praesertim habentium experientiam, & cognitionem de hoc. Et etiam à communitate accidentibus, & vero similibus, vt in d. decis. Veralli. 67. seu 71. ubi ex galli cantu probato per testes, fuit resolutum Beneficium post mediam noctem ad sustinendam prouisionem Ordinarij, Ioseph. Ludou. supra, & Gonzalez ex numero 16. qui post Poldorum Ripam in dist. tract. capitulo 157. 160. & sequent. aliqua adducit de galli cantu, & tempore, quo galli cantare solent, & tandem concludit, quod ad probandum esse iam noctem versus diem inclinamam, diemque sequentem iam ceptum, sit leuis ponderis praesumptio, quae in solo gallicinio fundatur, cum diu nocteque galli cantare non praetermittant, quamuis versus auroram cantare frequentius sit, & quantum deferatur huic gallicinio arbitrio iudicantis pensatis circumstantiis, & testium rationibus aliisque verisimilitudinibus relinqui putat ad l. 3. vers. tamen magis scire potest. ff. de testibus c. in presentia de remuneratione, sed ego addo d. praesumptionem ex galli cantu maxime accipiendam esse ad sustinendam prouisionem Ordinarij, vt in terminis d. decisionis Veralli, ex quo pro Ordinario facit ius commune, vt dicitur num. 528. & seq.

17 Succedit nunc difficultas, quod iuris quando vacat Beneficium circa mediam noctem vltimi diei mensis, ita vt minime constare possit, an fuerit finitus vnus mensis, & ceptus alius, & sic an vacauerit in mense Apostolico, an in Ordinario, vel quando vacat Beneficium per obitum alicuius, cuius mors ignoratur in quo die, & mense fuerit, an in ordinario, an in Apostolico, quia, verbi gratia, inuenitur mortuus in fluuio, puteo, aut in deserto, & nescitur quo die, & mense obiit, nemo enim vidit eum mori, vel mane die i. lan. repertus est mortuus in lecto & nescitur, an obiit post mediam noctem, an ante. An tunc Beneficium censatur vacare in mense ordinario, an in Apostolico, Et an Ordinarius possit illud conferre? Et difficultas procedit quando facta diligentia, & indagazione, seiri non potest in quo mense Beneficium vacauerit, nam Episcopus, antequam prouideat de Beneficio vacante, inquire debet in quo mense vacauerit, vt sciat, an ad se, an vero ad Papam prouisio pertineat, alias male faceret, & si forte vacasset in mense Apostolico, violaret alternatiuam, vt in d. Pistorien. infra adducta, d. n. 739.

18 In casu autem dubij, quod quando facta indagazione constare non potest in quo mense Beneficium vacauerit, videtur posse Episcopum illud conferre, nam in casu dubij praesumptum est pro Episcopo, ex quo ad eum spectat prouisio omnium Beneficiorum suae Diocesis de iure communi cessantibus reservationibus, vt supra dictum est in principio nu. 52. quo iure priuari non debet non constanti d. reservationibus, & confirmatur, nam illa interpretatio est fauorabilis, per quam fit redditus ad ius commune l. si vnus § pactus, ne pateret ff. de pactis, & ibi Iul. n. 6. cum alius, praeterea in dubio facienda est interpretatio pro non reservatione, nam in dubio fa-

uendum est ordinariæ collationi, & iurisdictioni, quae fauorabilis est, Staphil. de literis gratia in praesentia n. 16. & Mandol. conf. 11. n. 45. & ex glo. in cap. 1. de rescriptis in 6. verb. processus circa finem. & in Clement. 2. de off. ord. verb. nolimus, quam dicit notabilem, Abb. in c. si quis contra. de foro comp. n. 4. & referuatio est odiosa vt supra dictum est a n. 66. & per istam interpretationem non fit graue prauidium Papae, qui concurret cum omnibus Ordinariis, & alias fieret graue prauidium Ordinario priuando eum sua prouisione, Gonzalez §. 4. proam. n. 21. quae ratio procedit in quolibet Ordinario, &c. nec obstat Clementina 1. vers. neuro, vt lite pendente, quia loquitur in casu specialis, in quo constat fuisse litem super Beneficio, cuius ratione Episcopus erat impeditus prouidere de iure communi, vt in c. 1. §. 2. lite pendente in 6. & referuatio c. 2. de Preben. in 6. de qua dubium erat, an intraret, tanquam clausa in corpore iuris est fortior, ac fauorabilior, & vt per Gonzalez d. gloss. li. 4. n. 44.

Sed ait Gonzalez ibi ex num. 26. quod tali casu actor succumbat, siue fuerit prouisus Apostolicus, siue Ordinarius, & possessor est absoluendus, ex Puteo decision. 207. n. 266. lib. 3. nam, cum sunt partium iura obscura, contra petentorem iudicandum est, & retinenda vers. commoda de interdictis cap. 2. de probatio. cap. inter dilectos in fin. de instrumen. regul. cum sunt partium in 6. Mascard. conclusio 1200. c. 1. alius, & actore non probante, reus debet absolui. Iura accusare c. de edendo, c. unico, vers. cum eum, vt Ecclesiastica Beneficia, Mascard. conclusio 36. quod etiam procedit in causa Beneficiali, nam licet reus non doceat de iure suo, adhuc vincere debet, & dari est sententia absolutoria, cum non iure actoris Felin. n. c. alim. de rescripto. n. 9. v. 10. Caputaque, decis. 174. n. 6. part. 2. §. 133. part. 3. cum alius, neuro tamen possidente, obtinebit prouisus ab Ordinario supposito, quod eius prouisio sit anterior prouisione Papae, quia Ordinarius, & prouisus ab eo fundat intentionem suam de iure communi, & onus probandi reservationem ratione mensis spectat ad prouisum Apostolicum, se fundantem in vacatione in mense Apostolico, cum hoc sit iux intentionis fundamentum, Rota decis. 46. part. 2. auersorium cum alius, haec Gonzalez.

Cuius quidem sententia tibi non placet, quatenus ait, quod tunc prouisus Ordinarius succumbet, si prouisus à Papa de illo Beneficio tanquam vacante in mense Apostolico possidet, nam, cum in praedicto casu, ubi constare non potest in quo mense Beneficium vacauerit praesumatur pro Ordinario & ius commune pro eo faciat, vt dictum est, prouisus ab eo habens hanc praesumptionem iuris pro se habet firmam intentionem fundatam, & transferit onus probandi in aduersarium etiam existentem in possessione, Alciatus de praesumpt. 3. parte nu. 2. & ibi addit Mandol. reg. 4. qui est. l. 1. n. 4. & regul. 12. quae 7. num. 4. Couar. lib. 2. vari. cap. 6. num. 1. Mascard. quae 17. n. 6. & c. 1. §. 127. & Pacian. eodem tract. de probatio. lib. 1. cap. 12. & vbi cumque ius commune pro aliquo facit, & pro eo praesumit, istius modi iuris praesumptio onus in reum probandi transferit, Mascard. d. nu. 17. n. 9. & ipse Gonzalez supra n. 47. ait, quod qui habet pro se ius commune, vt in proposito, dicitur habere plenam probationem quamdiu aliqua exceptioe contraria plene probata non repellitur cum Bar. in l. adnoscendi nu. 50. Ripa nu. 112. ff. de iur. iuran. Puteo dec. 101. n. 1. lib. 2. & Rota

& Rota decis. 522. n. 4. p. 2. diuers. & quod praesumptio iuris reicit probandi onus in aduersarium, & quo ad hunc effectum comparatur quasi possessioni, quae & ipsa transferit onus probandi in aduersarium, dicit Menoch. de praesumptione lib. 1. cap. 12. a numero 2. & praesumptio iuris est vera, & liquidissima probatio, Alciatus §. 3. & Corian. supra Mascard. conclusio 1217. num. 11. Menoch. supra quae 36. a n. 3. Rota decisio 4. n. 21. parte 2. auersorium, Gonzalez §. 7. proam. num. 147. & glo. 43. n. 9. & Valafis de iure emphit. quae 17. n. 33. ubi docet probationem per legis praesumptionem sufficere, etiam ubi requiritur probatio per scripturam. Et possessio non transferit onus probandi in aduersarium, quando est aliqua praesumptio contra possidentem, Mascard. cum communi. d. oner. 1200. n. 45.

19 Nec obstat d. decis. 1. Putei 207. ubi dicitur, quod prouisio per Ordinarium agenti contra prouisum Apostolicum possessorem incumbit onus probandi Beneficium vacasse de mense ordinario, quia non loquitur in casu proposito, quando constare non potest in quo mense Beneficium vacauerit, sed quando de eo constare potest, & contraueritur, cui incumbat onus probandi mensis vacationis Ordinarium vel Apostolicum, an prouisio per Ordinarium, qui est actor, an prouisio Apostolico reo, & posteriori non petenti nisi absolutio nem.

20 Ex quibus praedicta resolutio procedit, non solum quando prouisio Ordinarij est anterior, sed etiam quando est posterior prouisione Apostolica, quae fundatur in reservatione, & vacatione in mense Apostolico, & non iure praesentibus, quicquid dicit Gonzalez d. gloss. 11. num. 34. 40. n. 43. nam, cum prouisio Apostolica fundatur in reservatione, corruit non statim, aut non apparente reservatione, ac impedit subsequenter prouisionem Ordinarij iuxta supra dicta num. 177. nam de non stantibus, & non apparentibus idem est iudicium, vt est vulgare. Nec supra dictis fobelt capitulum, si sede Apostolica de Preben. li. 6. de cuius materia late Gonzalez §. 3. proam. num. 50. nam solum procedit ubi constat de prouisione, aut etiam reservatione Papae concurrente cum prouisione Ordinarij, & dubitatur de anterioritate, in proposito autem non constat de reservatione, quamuis ubi in ipsa die acceptationis recognoscitur alternativae vacaret aliquod Beneficium, & non posset constare, an esset Prior vacatio, an acceptatio, & consequenter, an Beneficium vacaret in mense Ordinarij an Apostolico, recte procederet d. capitulum, si sede Apostolica, vt ait Gonzalez glo. 65. n. 18. quia tunc primo, & principaliter dubitatur de anterioritate vacationis, aut acceptationis, concludit decisio Guidoboni. 11. n. 10.

21 Manuscriptus, ubi habetur, quod, cum ageret fabrica S. Petri contra Ioannem possessorem bonorum cultusdam defuncti eo pretextu, quod ad se bona pertinerent vigore status Bononiensis, quod bona decedentis ab intestato non habentium agnatos, vel cognatos vique ad quintum gradum, decedentis & fabricam S. Petri, dubitatum est, an incumberet onus probandi se esse cognatum, vel agnatum intra quantum gradum, an fabrica, non extare aliquem infra dist. gradum? & Dominus tenuerunt incumbere onus probandi se. etiam, si esset possessus, quia fabrica habet fundatam intentionem ex statuto allegando negatiuum quod non extet aliquis intra d. gradum per glossam in l. cum de lege. ff. de probat. & quod decesserit intestatus, praesumitur, nisi doceatur testamentum, quia concedere testamentum,

est quod factis, quod non praesumitur, qui autem ex aduerso dicit se esse cognatum, vel agnatum intra quantum gradum, cum sit factus, debet illud probare, alias succumbit propter statum, quod vocat fabricam. Itaque solutum est 30. Octob. 1555. oram. D. Capisuto.

Nec obstat quod ait Gonzalez glo. 43. num. 95. (vbi num. 99. reuert. d. de iur. iur. Putei. 207. & 266.) quod quando quis tenetur vii actor probare aliquod, in quo se iudat, tunc non sufficit iuris praesumptio, sed requiritur aliunde probatio, citans Achillem de Grassis decis. 1. de probat. num. 1. c. 2. Caesarem de Grassis decis. 176. alias 1. qui filij sunt leg. n. 17. & 18. quia id est falsissimum, & contra receptas doctorum sententias, vt ex adductis patet, nec dicitur decisiones id probant, nam decisio Achillis, quae est 165. in ordine dicens, quod doctrina communis, quod quis praesumat viuere vsque ad centum annos, non suffragatur illi, qui tenet probare pro fundamento intentionis suae aliquem viuere, quia tunc necesse est plene probare vitam, ex Alex. conf. 27. vol. 7. ex eo quidem procedit, quod vere non sit iuris praesumptio quem viuere vsque ad centum annos, vt tenet Alciatus de praesumpt. reg. 1. praesumpt. 44. Mandol. reg. 19. de infamis quae 6. a n. 5. P. incl. in l. 2. C. de re. iud. c. end. 3. par. numero 33. Piaz in praes. 3. ar. 1. tom. 10. Pacianus de probat. lib. 2. capitulo 7. & 8. & Ioan. Gutierrez pract. lib. 2. quae 7. numero 8. & ita etiam procedit d. decisio Caesaris de Grassis, num. 17. & 18. quae allegat decisionem Achillis, quando non est vera & firma legis praesumptio, ultra quod ibi nihil resolutur. Et facit quod dicitur supra num. 356.

Querit etiam circa praedicta quod verba Gonzalez, d. glo. 11. ex num. 48. quid erit, si aliquod Beneficium vacat in mense ordinario, & Ordinarius non conferat illud in ipso mense, sed ingresso iam mense Apostolico, an ex eo, quod vacatio duret, ac intrauit in mensem reservationum, sit d. Beneficium reservationum, nec ne? In qua questione multa adducit, & expendit, cum tamen ea parum habeat dubitationis, & sic nullus nunquam de ea dubitauerit, nec fit in Rota disputata, licet quotidie contingat, vt ipse dicit, tandem 2. n. 99. resolut. d. Beneficium non esse reservationum. Et ita sine dubio tenendum est, quia regula nostra dumtaxat reseruat Beneficia vacatura in mensibus Apostolicis, & d. Beneficium non vacat in mense Apostolico, sed ordinario, quamuis eius vacatio duret vsque ad mensem Apostolicum. Secundo quia regula loquitur de tempore, & initio vacationis, scilicet quando contingit obitus possessoris Beneficij, seu alius modis vacationis, non autem de continuatione ipsius vacationis, vt constat, tam ex mente, quam ex verbis regulae, & ad quod faciente illa verba, de iosepho, quo vacauit. De mente etiam clare constat, cum Papa velit partiri menses inter se & Ordinarios, ita quod Beneficia de nouo vacatura in 8. aut 6. mensibus sint reseruat Papae, Beneficia vero de nouo vacatura in alijs quatuor, aut 6. mensibus spectent ad prouisionem Ordinarij, & alias non esset bona partitio, si Episcopi non possent prouidere Beneficia in suis mensibus vacantia, postquam intrauit mensis Apostolicus, cum tamen Beneficia semel vacata in mense Apostolico, & sic semel reseruat semper remaneant reseruat. Et confirmatur ex regula 2. Cancellariae, ubi, quia Papa vult reseruat Beneficia non solum de nouo vacatura, sed etiam, quorum vacatio duret



304 se. Episcopali vacante, dicitur, quomodo dicitur vacante, & vacabit in futurum. Et facit etiam extraneus ad regimen. de Præben. post principium in illis verbis, nunc apud sedem Apostolicam vacantia, & in posterum vacatura, quæ etiam verba ponitur in §. ac etiam per obitum. Vnde apparet, quod quando Papa vult referre etiam Beneficia vacantia, seu quorum vacatio durat, id expresse declarat, quasi aliud sit Beneficium vacante, & durare vacationem, & aliud in posterum vacaturum, quod intelligitur de nouo, nisi subtrahatur materia, aut ratio aliud importet, vt in casu cap. si postquam de Præben. in 6. vbi gloss. & D. & Puteus decis. 48. lib. 3. aut nisi Beneficia vacatura absolute referantur non dicendo tali tempore, seu à tali tempore, seu tali loco, aut modo vacatura, & sic procedit sententia Simonetæ quæstione 74. quam sequitur Mand. reg. 26. in præsentatione, numero 3. & 4. & regula 32. quæstione 3. à numero 702.

17 Vnde inferitur, quod Beneficia vacantia, sede Apostolica vacante, in mense alias Apostolico, non referantur per superuenientem regulam mensium noui Pontificis, licet adhuc vacent. Ex quo regula solum referat Beneficia vacatura, & non vacantia, in quam sententiam procliuor est González §. 1. proem. ex num. 60. vbi istam questionem tractat, & vide dicta supra à num. 440. & infra num. 646.

18 Rursus circa prædicta verba quærit González, de gloss. 11. ex num. 79. de alia questione, quæ nullam habet difficultatem, nec ferè dubitandi rationem, Quod si eadem Beneficia vacant plures in mensibus Apostolicis, an post primam vacationem referantur regulæ locum habeat; Et multis pro parte neg. adductis, tandem resoluit contrarium, cum Calder. conf. 10. de Præben. & Simon. 9. 3. non obstant regulæ l. bones. 4. hoc sermone de verborum signif. quoniam eadem ratio militat in secunda, & vterioribus vacationibus, quæ in prima, & quia regula nostra referat omnia Beneficia in mensibus Apostolicis, quocumque modo vacatura, & sic quocumque modo vacent, siue prima vice, siue pluribus, intrat referuatio, Præterea, quia regula nostræ referuatio est per viam legis generalis. Item quia quando in dispositione assignatur certum tempus, non solum comprehenditur primus actus, sed etiam omnes illo tempore contingentes, insuper, quia per primam vacationem non satisfit menti, & intentioni Papæ referuatis. Vterius, quia versamur in materia de sui natura reiterabili, vt est vacatio Beneficij, quæ sunt limitationes de reg. 3. hoc sermone adductæ per Fel. in c. 2. de reuocand. pace, num. 4. Tiraq. in d. hoc sermone Ant. Gab. conc. 2. de legib. & alios relatos per González supra.

19 Quinto circa illa verba vsque ad finem voluntatis beneplacitum, circa quæ multa cumulat de more González glo. 11. non satis ad propositum videnda sunt per nos breuiter dicta supra à 446. & infra circa verba, dispositioni sua, n. 643.

20 Sexto ex illis verbis, extra Romanam curiam notandum est Beneficia vacantia in Romana curia, de quibus supra à n. 68. non includi in referuatione huius regulæ, cum per eam solum referantur Beneficia extra Romanam curiam vacantia eo quod Beneficia in Romana curia vacantia non egent referuatione huius regulæ, cum semper, & quocumque mense vacent, sint referuata principaliori, & potentiori, fortiorque referuatione in corpore iuris

clausa ca. 2. de Præben. in 6. & de illis Beneficiis in Romana curia vacantibus, seu apud sedem referuatis ad cap. 2. intelligenda sunt d. verba nostræ regulæ non autem de aliis Beneficiis referuatis, quæ non possunt dici vere, & proprie vacare in curia, sed ad summum tantum large, & improprie, vt dictum est in 88. & sic bene includuntur in referuatione huius regulæ, nec id est inconueniens, cum possint concurrere duæ, pluresve referuationes in eodem Beneficio eodem tempore, & vnum Beneficium pluribus referuationibus posse esse obnoxium, vt dicitur infra cap. 3. num. 141. & tradit González gl. 13. à numero 81. quauis idem González ibi ex numero 63. teneat d. verba etiam de omnibus aliis Beneficiis referuatis intelligi, ita vt regula nostra de nouo non referat illa Beneficia quæ iam facta referuata, cum excludat Beneficia in Romana curia vacantia, & omnia Beneficia referuata dicantur vacare in curia, vt antea dixit, & quod referuatio regulæ nostræ locum non habeat in Beneficiis aliis referuatis, ait etiam González glo. 55. §. 8. in 6. & in aliis locis. Quod non est verum ex dictis, bene verum est, quod regula nostra de expressione mensis vacationis non habet locum in Beneficiis aliis referuatis, quia in eis cessat ratio finalis regulæ, cum Papa solus de illis disponat. Mand. de signatura gratiæ et. de præuisione, vers. an autem in imperatore Puteus decis. 25. lib. 3. quam refert González 4. glossa 13. num. 78. de quo Latius infra num. 668. vnde male ait idem González, 4. glossa 13. num. 91. quod, si regula nostra includit Beneficia alias referuata, esset necessaria expressio mensis. Quauis de referuatione per regulam nostram inducta esset etiam faciendi mentio, vt ibi ait ex Callathoro decis. nona numero 5. de Præben. Anca de Falcon. 4. præsentatione principali effectu 44. Paris. conf. 13. §. 8. num. 1. lib. 4. Caputaquen. decis. 85. num. 4. par. 2. Simoneta quæst. 14. n. 12. iuncta additione. & Mandosio in locis per eum allegatis. Sed id cessat ex clausula apponi solita spiritus er. vt generaliter referuatum, de qua infra in par. cap. 1. n. 30.

Septimo ex illis verbis, tunc quam per resignatio, notandum est Beneficia in quocumque mense resignata in manibus Ordinarij non esse referuata per hanc regulam, vt post hæc tradit González glo. 3. ex num. 1. vbi citat Thom. Tribium in decis. Veneta. 54. sub num. 25. lib. 2. male tamen ait González ibi à n. vigesimo octavo, quod illa verba nostræ regulæ intelligantur tam de resignatione pura & simpliciter, quam de conditionali, & in fauorem, quæ fit coram Papa cum regula nostra indifferens, & generaliter loquatur, & sic generaliter fit de vtraque resignatione intelligenda, & nam in resignatio coram Papa facta, quæ inducit vacationem in curia, excludit per verba præcedentia, extra Romanam curiam. Et sic per ista verba solum excluditur resignatio facta coram Ordinario. Nec pro González facit Rotæ decis. 624. numero 1. lib. 3. par. 3. dicitur, dicens, quod regula nostra excipit resignationes, in quibus, siue in curia siant siue in partibus, cui consonat decis. 575. numero tertio §. 4. & decis. 700. in fin. ead. 3. par. 3. dicitur, quia ibi non dicitur, quod resignationes factæ in curia excipiuntur per dicta verba, alias quam per resignationem, vnde intelligenda decisio est, quod regula nostra excipit resignationes factas in curia per illa verba, extra Romanam, & resignationes factas in partibus per ista verba alias, quam per resignationem.

Ex quibus verbis apparet, quod in quolibet mense

544 mense anni possunt permutari Beneficia coram Ordinario, nam cum in permutatione Beneficia referuntur cap. 1. de verborum permutat. in 6. ibi, resignatur, & Clem. 1. 200. in 1. ibi, resignata, vere vacant per resignationem, & sic non comprehenduntur in referuatione huius regulæ, tradit post hæc González d. glo. 13. ex num. 51. & quod permutatio, seu resignatio ex causa permutationis, sit vera resignatio dicitur infra in par. cap. 3. n. 5. quauis multi in his partibus hoc non aduertunt, & ob id expectant mensuram Ordinarij ad faciendam resignationem, seu permutationem coram Ordinario, Taliter tendum autem quod regula dumtaxat excipit resignationem expressam, non vero tacitam, quia ipso iure fieri intelligitur, vt per allectuonem secundi Beneficij incompatibilis per contractum matrimonij. &c. vt recte declarat González d. glo. 14. n. 62. quod tamen melius probatur ex dictis per nos infra in par. 3. num. 241.

545 Vnde in vacantibus per resignationem non habet locum alternatio, cum non fiat referuata per hanc regulam, quod dicit Zerala in præsentatione Episcopali 2. par. verb. alternatio §. 1. qui tamen recte ait eam habere locum non solum in vacantibus per obitum, sed etiam per allectionem secundi incompatibilis per priuationem, matrimonium contractum, & Religionis ingressum, &c. siquidem Beneficia sic vacantia, quauis dicatur resignatio tacita, referuntur per hanc regulam, vt dictum est.

546 Et quando per istam regulam referuarentur simpliciter Beneficia vacantia in mensibus Apostolicis, videbatur posse tentari non comprehendere Beneficia resignata ex causa permutationis in manibus Ordinarij ex dictis d. par. cap. 4. n. 38. cum Hier. Gabriel. conf. 199. lib. 2. & alia. Sed nihil omnino tunc comprehenderetur ex quo sumus in referuatione generali ad de. 11. de verborum permutat. in nouis, 2. dubio in si. Probum in cap. 2. de Præben. in sexto, num. 24. & sentire videtur González d. glossa 14. num. 50.

547 Octauo ex illis verbis, tunc quocumque modo vacatura, notandum est omnes modos vacationis, excepta vacatione in curia, & per resignationem, includi in referuatione nostræ regulæ, qui cum non appositus illis verbis comprehenduntur. Anca de Falcon. quæstione 1. sub n. 2. tradit González glo. 5. n. 1. & 2. qui ex n. 3. ponit, & profertur in modos vacationis Beneficiorum. De quibus vide per nos dicta infra in par.

548 Secundo notandum est, quod regula nostra non solum locum habet in vacatione de iure, & de facto, sed etiam in vacatione de iure tantum, aut de facto tantum, vt late per González d. glossa 15. §. 1. & dixi supra numero 198. n. sequenti vbi vide.

549 Tertio notandum est, quod cum Beneficium non dicatur vacare ex persona habentis dumtaxat ius ad rem, verbi gratia per presentationem, electionem mandatum de providendo, seu gratiam in forma dignitatis, collationem nondum acceptatam, vel alias, vt supra 4. par. c. 1. dictum est, non intrabit referuatio nostræ regulæ, si habens ius ad rem ad aliquod Beneficium decedit in mense Apostolico, sed adhuc Beneficium vacat vt prius, & durat prima vacatio, & prouisio spectat ad eum, ad quem prius spectabat, González d. glo. 15. §. 2. à n. 1. circa quod vide supra dicta à n. 278.

Quarto notandum est ex d. verbis, quod regula nostra non procedit in Beneficiis Ecclesie non numerata, sed receptiua, vbi non est certus numerus Beneficiorum, quia regula referat Beneficia vacatura, at illa Beneficia nunquam vacant, sed cum defuncto expirant, & cessant, ac esse desinunt, & cum Beneficio extinguntur, d. dilecto 25. de Præben. cap. ex parte de concess. Præben. & ibi D. & dicimus infra in par. c. 2. n. 17. & ita post plura pro contraria parte adducta resoluit González d. glossa 9. §. 3. dicens in terminis ita fuisse resolutum in vna Calagurritana Beneficij de Zenizeros 11. Octob. 1587. coram D. Pamphilio, quæ decisio fuit confirmata in aliis pluribus causis, & signanter in alia Callagurritana Beneficij de Albani 22. Martij 1602. coram D. Seraphino, & ita etiam concludit González d. glossa 15. §. 2. numero 19.

550 Nono circa illa verba, ad collationem, presentationem, De quibus González aliqui gloss. 16. n. 17. videnda sunt dicta supra 1. par. cap. vlt. à num. 310. & 4. par. cap. 1. num. 3.

551 Decimo ex illo verbo, presentationem, & sequentibus notandum est certum esse Beneficia iuris patronatus Ecclesiasticis sub hæc referuationem comprehendenda, nam etiam non facta particulari expressione Beneficij iuris patronatus Ecclesiastici in referuationibus comprehenduntur, Felinus in tractat. quædam literæ Apostolice, terra limitatione, Palacios Rubios in libello de Beneficiis in curia vacante. §. 11. Casador. decis. 4. n. 1. de iure patronatus, Alaua de Concilio, secunda pars, cap. 25. Mandosio, regula. Cancel. qualiter n. 10. numero 5. Couarruias prætic. cap. 36. numero 5. Hieda de incompatibilitate Beneficij capitulo 1. numero 112. Granitius ad Simonetam quæstione 9. numero 10. cum aliis, & à Legato à latere conserri possunt, vt infra capitulo 2. à numero 17. ex quibus etiam in gratia, seu imperatore Beneficij, non est necessaria mentio iuris patronatus Ecclesiastici, vt per Seluam de Beneficij 3. parte quæstione 11. 12. qualitat. 3. 4. n. 6. Fallecia, numero 21. & 23. & post hæc tradit González glossa decima octaua, à numero 6.

552 Illud autem est ius patronatus Ecclesiasticum, quod, licet originem habuerit, ex patrimonio laici, fuerit tamen vel ab initio, vel postea fundatione, testamento, donatione, aut alio quouis titulo in Ecclesiam translatus, aut in Capitulum, seu Collegium Ecclesiasticum Canonorum regularium, aut secularium, vel in aliquam personam Ecclesiasticam ratione Ecclesie, Dignitatis, aut Beneficij, & tandem, quod competit Ecclesie, vel ratione Ecclesie, cap. vlt. §. fin. de reuocand. pace, n. 6. Felinus supra 6. limitatione, Hieronymus Paulus in præfata Cancellar. versiculo 11. causa mea. Maioricon Rochus de iure patron. verbis quæstione 7. numero 14. Lamber. eadem tractat. libro 1. quæstione 1. n. 8. Rebutius in præsentatione de presentatione, num. 5. & 7. & 3. parte signaturæ verb. nec non iuris patronatus num. 8. Crescen. de 3. iure patronat. Durandus de Sacris Ecclesiis m. l. 3. lib. 5. cap. 4. Mandosio, numero 6. & Couarruias 2. & 5. vbi proxime Did. Perez in l. 2. n. 6. lib. 1. ordinat. glossa 1. 1. Spino de testament. gloss. 4. numero 16. Flaminius Parisius de resignatione lib. 2. quæstione 4. numero 39. & González supra à num. 5. cum aliis, & fuit vtrunque resolutum in vna Valentina Beneficij t. 26. Martij 1593. coram D. Orano, vt in sequenti decisione fuit resolutum presentationem factam per Abbatissam, & Moniales Sanctissimæ Trinitatis, de persona Petri Loga. Cc 3



na ad Beneficium SS. Matthei, & Lucia situm in Pa-  
 rchialis Ecclesia S. Iohannis de Mercato, non intrare,  
 quia licet administrat illud esse iurisdictionis ex dota-  
 tione Matthei. Aragon eius Valentinus, nihilominus, cum  
 translatus fuerit in Abbatiam, & Moniales Sanctissime  
 Trinitatis, dicitur ius patronatus Ecclesiasticorum,  
 & Ecclesiasticum, cap. vnic. §. vltimo de iure patr.  
 lib. 6. cum traditur per Covarruviam libro pract. q. ca.  
 36. nu. 5. verificulo secundo erit illud obseruandum,  
 & in consequentiam, quia vacant de mense Maij, annu  
 1591, sub regula Cellaria reservatoria octo mensium  
 comprehensum, quos tunc certum est, non licuisse Ab-  
 batijs, cum Monialibus ad illud presentare cap. cum  
 dilectus de iure patron. non obstanti in contrarium con-  
 tra transiōnem Andree de Dueta, quia cum sit reus, &  
 possessor, sufficit sibi per nos illius velle, Rota dec.  
 4. de re iudic. in nouis cum similib.

155 Et in causa Salamantina Capellanie del vo-  
 to 5. Jul. 1593. coram D. Pamphilio, de qua infra num.  
 599 fuit dictum Capellaniam de qua ibi, que vacant  
 in mense Maij ius patronatus Ecclesiastici esse  
 referantur.

Vnde Gambarus de offic. Legati lib. 3. numero 416.  
 & seqq. cum Mariano Socino in repetit. cap. de Mo-  
 nachis, de Præb. ait, quod si laicus patronus ex fun-  
 datione efficiatur Religiosus, tale ius patronatus  
 sit Ecclesiasticum, quia per talem ingressum omnia  
 acquiruntur Monasterio, authentica ingressu. Cod. de  
 Sacris Ecclesijs, & sic ius patronatus transit in Mona-  
 sterium, Lambert. 1. p. 2. lib. 9. q. 2. artic. 11. num. 1. quod  
 tamen solum procedit durante vita Monachi, vbi  
 ius patronatus iure sanguinis defertur in posterum,  
 & illi adiunt ex Probo ad Monach. in rubrica de iure  
 patron. in 6. num. 1. & num. 418. & seqq. ait idem Gam-  
 barus, quod si aliquis Episcopus ex largitate fidelium  
 obtinens Comitatum, vel Ducatum, in quo exerceat  
 iura temporalia, vel Dominus temporalis, (Vt verbi  
 gratia Episcopus Palentinus, qui est Comes Per-  
 niz, & Episcopus Quereni, qui est Comes Nuruen-  
 na) habeat ratione iuris Comitatus, vel Ducatus  
 ius patronatus, iudicabitur Ecclesiasticum, quia cum  
 Comitatus sit Ecclesiasticus, & ius patronatus Comitatus,  
 ergo ius patronatus est Ecclesiasticus. Patet istud  
 ius patronatus habet causam à Comitatu, vel Duca-  
 tu, qui est Ecclesiasticus, ergo ipsum est Ecclesiasticus,  
 vnde etiam inferitur contra Valasum consultatione 163. ad  
 fin. 2. parte. quod ius patron. spectans ad Prioratum  
 est Ecclesiasticum, licet ipse Prioratus sit ius  
 patronatus laici.

156 Vnde etiam ius patronatus spectans ad laicos  
 religiose viuentes, & portantes habitum religio-  
 sum, & gaudentes privilegio fori, & Canonis, vt sit  
 benignus, est Ecclesiasticus, Rota dec. 8. de iure pa-  
 tron. alias 33. in antiquis, Feli. supra limita. zone 4. qui  
 inde inferat ad ius patron. spectans ad illas de 3. or-  
 dine D. Francisci, non vt singulas, sed vt vniuersas,  
 quod fit Ecclesiasticum, sequuntur Sclaa 4. q. 11. 3. p.  
 6. num. 23. Rochus d. verb. ius numer. 17. Lambert. d. li.  
 1. q. 1. artic. 10. & Gigas de pensio 9. 24. v. 9. Mascard  
 de probat. coneluf. 960. m. 2. 6. & 8. & facit quod tradit  
 Suarez 5. tom. de censur. disp. 22. sectio. 1. & hinc  
 etiam ius patronatus spectans ad magistrōs, seu mi-  
 lites ordinum militarium, vt D. Iacobi, Calatrauz &  
 Alcantaræ, & c. etiam coniugatos ratione magistra-  
 turæ, aut præceptoriarum, seu commendarum erit  
 Ecclesiasticum, Mascardus ibi num. 3. 4. & 5. ad quod  
 faciunt dicta supra part. 1. cap. 4. & est declaratio S.  
 Congregationis Concilij, Lusitanen. infra adducta

9. p. cap. 2. numer. 261.

Sed quamuis ita certum, & receptum sit Bene-  
 neficia iuris patronatus Ecclesiastici comprehendi  
 in hac, & aliis reservationibus, tamen non feruatur  
 in Hispania, præsertim in his Regnis Castellæ, imo  
 indifferenter Beneficia iuris patronatus, etiam Ec-  
 clesiastici ad presentationem patronorum prouen-  
 dentur in partibus, in quocumque mense vacauer-  
 int, vt videmus quotidie. Qua obseruantiæ, ac  
 consuetudine supposita dubitatur, an ex ea defensi  
 possint, id licere, non obstante hac reservatione, &  
 alijs quasi vsu non receptis aut adrogatis in Bene-  
 neficijs iuris patronatus Ecclesiastici ad notata per  
 Felin. in cap. 1. de reuic. & pace, & alios infra referē-  
 dos 11. parte cap. 5. numero 150. quod lex vsu non  
 recepta non ligat, & in capit. finali de consuetudi-  
 ne.

Sed ista doctrina non videtur t posse applicari  
 regulis referuatorijs, que licet sint per modum le-  
 gis Sarnen. de annali. quæstion. 23. & in eis procedat  
 per viam legis vniuersalis, Puteus decisio. 164.  
 sub numero 5. libro 2. Rota in Calagurritana. Beneficij  
 de Arcaya infra adducta numer. 560. tamen reuera  
 nihil aliud sunt, quam auocationes quedam prouisi-  
 onis Beneficiorum per Papam ad le facte, vt patet  
 ex diffinitione reservationis, de qua per Aneam de  
 Falcon. quæstion. 1. principali. Simonetam, seu potius  
 additionem 1276. numero 1. & nouissimo per González  
 gloss. 5. numero 19. & gloss. 31. à numero 1. & per eas  
 quasi protestatur papa contra inferiores, ne villo  
 modo le introuiant in prouisione, & diffinitione  
 Beneficiorum per illas referuatum, & omnino  
 eis admitt facultatem prouidendi, & disponendi de  
 illis, velint nolint, recipiant, vel non recipiant, &  
 cum decreto irritante, ex quo magis declaratur  
 eia eius voluntas, & tollitur obseruantiæ, & consue-  
 tudo in contrarium ad probum in Monachum in ea.  
 tibi, qui de rescri. pr. in 6. sub numero 8. Ant. Gabriel,  
 de clausulis conclusion. 3. à num. quarto. & alios infra  
 relatos cap. quarto. num. 1. nec refert, quod non faciat  
 mentionem, & derogatio obseruantiæ, & consue-  
 tudinis præteritæ iuxta cap. 1. de constitution. in 6. quia  
 illa non est vilius considerationis stante interpreta-  
 tione per singulos pontifices renouantes regulā, vt  
 alias supra dictum est. 454. & infra num. 677. nec  
 illa vngquam potuit introduci stante d. decreto irri-  
 tante, iuxta dicta. Et præterea papa referuando ge-  
 neraliter derogat omnibus iuribus, & statutis, seu  
 consuetudinibus, & tollit omnem potestatem con-  
 ferendi, vt cum Ioanne de Lignano dicit Dominus  
 numero 3. & Francus 6. in cap. 5. in Præbendis. de  
 consuetud. in 6. Mandos. reg. 4. quæst. 7. numero 2. &  
 Rota in Bononiens. supra adducta. num. 452. in 1. diffi-  
 cultate.

Sed rursum dubitatur (t esto quod Beneficia iuris  
 patronatus Ecclesiastici cadant sub debita certis  
 personis, seu certo generi personarum, verbi  
 gratia consanguineis fundatoris, aut filijs patrimonialibus,  
 vel que magistris, aut Doctoribus sunt  
 conferenda ex consuetudine, fundatione, & c. In  
 quo prima sententia est illa Beneficia cadere sub  
 reservationibus generalibus, quia vbera referuati-  
 onem eis conueniunt, & maxime nostre regulæ,  
 que referuat omnia Beneficia qualitercumque qua-  
 lificata, nec per reservationem auferunt ius illis,  
 quibus sunt debita, nam cum referuatio sit genera-  
 lis, &

lis, & non in fauorem certæ personæ, potest Papa il-  
 lis conferre.

Ita tenuit Rota in vna Placentina Portionis de  
 anno 1544 apud Puteum dec. 164. lib. 1. vbi respon-  
 detur doctrine glossæ finæ ea, cum in Ecclesia de Præ-  
 bend. in 6. que ait, quod Præbenda alteri ex consue-  
 tudine debita, pura Magistro, non debeat expectanti.

Respondetur inquam, quod loquitur in gratia  
 de vacaturo ad fauorem certæ personæ, & c. idem te-  
 nuit Rota in vna Tirafonen. iuris presentandi & in-  
 ualiditatis presentationis 19. Ian. 1583. coram D. Ro-  
 busterio, vt in sequenti decisione. Fuit resolutum  
 quod præsentatio cap. Ecclesie Tirafonen. fuit nulla, quia  
 Beneficium vacauit in mense referuato, & regula refer-  
 uatoria octo mensium cap. etiam ista Beneficia, etiam  
 quod sint debita certo generi personarum, vt Papa, &  
 non alio conferat illa dicitur personæ, vt per Puteum  
 decisio. sexta, de mense referuati. decisio. 164. libro se-  
 cundo, est et. dicit. Augusti in eadem regula de mense  
 numero quinto, prout Papa prouidit in causa isto per-  
 sone habenti qualitates Bullæ Alexandrina, qualitas  
 enim ista, quod conferatur iure personæ, non contra-  
 dicit reservationi, sed tenetur ius illarum partium, vt il-  
 lis dicantur debita ista Beneficia, Sarnen. de iure qua-  
 esito quæstion. prima. & ideo ista causa debet attri-  
 gere reservationes iuris iuxta illius, quia limitata causa  
 limitatum produci effectum, & sic quoad ipsas perso-  
 nas tantum comprehendit dicta Bulla, vt Papa solus pos-  
 sit illis prouidere, non alius. Nec mouebant Domini  
 clausula, non obstantibus reservationibus, quia reci-  
 piunt interpretationem à principali dispositione, scilicet  
 ad effectum prouidendi illis personis, vt si vtili Bene-  
 ficia non conferatur alius, non autem, vt Papa non possit  
 illis quous, modo prouidere, & prouidendo, aut referuando  
 per estatum, cum Papa non dicat, etiam per nos, nec  
 placebat dec. ex aduerso adducta, quia est defectus, &  
 accephala, considerant etiam Domini, quod clausula  
 illa excoctua, de reservationibus sunt intelligenda, &  
 referenda res. seline, singula singulis, vt sint conferenda  
 per Ordinarios illis personis vbi non ad sunt reservationes,  
 nec per Papam, vbi sunt reservationes, quia qualibet  
 dispositio recipit passiuam interpretationem à iure com-  
 muni, & ista clausula regulariter reuocatur iura ista  
 vnum facultatum conferendi referuata sunt prouidendi, &  
 appositæ in legibus vniuersalibus, que capiunt omnia,  
 nec facit Concilium Tridentinum, quia agimus de pre-  
 sentatione patroni, & institutione Ordinarij, quia nulle  
 sunt cum sint Clericorum, & comprehensæ sub reserva-  
 tione, & non est necesse dispenare de prouisione Pape, &  
 de illius validitate, quæ sufficit, vt obtineat per nos ius  
 aliorum, vltra quod Concilium in causa isto non intrat, vt  
 per informantes, sed hoc est ex abundantia, idem fuit  
 dictum in alia Tirafonen. Vicarij 13. Oct. 1595. coram  
 Vilita infra adducta 9. p. 2. 309.

160 Et idem tenuit Rota 1 loquens in Beneficijs pa-  
 trimonialibus in vna Calagurritana Beneficij de Arcaya  
 28. Iun. 1591. coram Illustrissimo Seraphino, vt  
 in sequent. dec. fuit resolutum, iustificatum fuisse gra-  
 tiam D. Petri, nam quantitas ad Clericalem legitima-  
 tem, & quod sit filius patrimonialis seu, de quo agitur,  
 hac omnia probantur per testes bene dependentes de pu-  
 blica voce, & communi reputatione: item quod  
 vltor Beneficij non excedit 24. ducatos, probatur per  
 eandem publicam vocem, & ianiam. Puteus 29. lib. 0  
 primo, item satis probatur vltor obtem, in quo minor  
 probato etiam de auditu simplicis sufficit, iuxta istum  
 Dominorum, obtus etiam Francisci vltimo possessoris

probatur concludenter, item vacaturo per eius obitum ex  
 confessione partis aduersæ, & in hoc nulla adeo difficul-  
 tas: maior versatur difficultas circa pertinentiam colla-  
 tionis, nam prouiso facta est capiam de referuato, &  
 sumus in Ecclesia numerata patrimonialibus in qua non  
 videntur habere locum reservationes ex traditis per  
 Couarr. pract. quæstion. c. 36. numero quarto verlic,  
 similiter, si Beneficia patrimonialia, maxime stante Bul-  
 la Alex. V. 1. qua in pluribus causis fuit allegata, que ex-  
 cludit generaliter omnes reservationes, verum quæsequit  
 ipse dicat, Dominus censuerunt, hec Beneficia cadere sub  
 reservationibus generalibus, cum vbera reservationum  
 eis conueniant ad Felin. in c. postulasti. n. 5. de refer. et  
 enim ea comprehenduntur sub indultis Cardinalium, vt  
 per Puteum dec. 164. li. 3. Caputa. dec. 66. p. 1. & dec. 89.  
 p. 2. vnde à fortiori debent comprehendit in reservationi-  
 bus generalibus, præsertim vacationis in curia, que est  
 clausa in corpore iuris. c. 1. de Præb. in 6. cum in his  
 procedatur per viam legis vniuersalis Calder. cons. 11.  
 de priuileg. inola in Clement. 1. vltimo not. de sepul.  
 & fuit alius discussum, licet non plene resolutum in vna  
 Calagurritana de Apodaca. 30. Mart. 1590. coram R. P.  
 D. meo Orano non obstat Bulla Alexandri, quia præter-  
 quam quod non est producta in forma probati, quæ ex-  
 ceptione alias fuit reiecta in vna Calagurritana de Ce-  
 nicero 1. Aprilis 1588. non comprehenditur referuatio  
 per vacationem in curia, quæ inuicem venit sub gene-  
 rali dispositione, in qua fit mentio reservationum, vt per  
 Francium in d. c. 2. num. 3. de Præb. in 6. Aneam de  
 Falcon. de refer. ut. 4. quæstion. 43. effectus, nec obstat  
 D. Petro statutum numeri super ascensione eorum, quæ ce-  
 pti sunt beneficiarij, quia ante oppositionem aduersario-  
 rum, & sententiam pro eis latam ad Ordinarij, non dicitur  
 aliquid ius quæsitum in Beneficio, adeo quod neque  
 de huiusmodi oppositione est facienda mentio, vt tradit  
 Cusad. dec. 18. de Præb. quare non est vniuersus res ha-  
 benda ratio, maxime stantibus decretis irritantibus in  
 reservationibus appositis, & ita conclusum gratiam D.  
 Petri esse canonicam. Idem etiam tenuit Rota in alia  
 Calagurritana Beneficij de Apodaca 20. Maij  
 1596. coram D. meo Corduba Episcopo pæceni,  
 qua fuit resolutum, Didaco Imiguez ad indicandum  
 Beneficium, nam eius gratia est anterior illa Martini,  
 & iustificata, ut ideo canonicanda. c. super eo. de offic.  
 deleg. c. tibi, qui de refer. in 6. & c. nec obstat Mat-  
 tus proprius Sixti V. per quem concedebatur facultas  
 Ordinarijs conferendi huiusmodi Beneficia, seruata for-  
 ma in eo contenta, quia ille non comprehendit Beneficia  
 reservata, vt fuit dictum in illa Calagurritana de A-  
 riola 24. Ianuarij, præterius coram D. Penna, de referua-  
 tione autem manifeste apparuit, cum Beneficium vacauerit  
 de mense Ian. qui est restrictus. Aperiissima autem iuris  
 est regulam referuatiorem octo mensium comprehen-  
 dere etiam Beneficia certo generi personarum debita. Puteus  
 dec. 164. n. 1. lib. 1. & fuit resolutum in d. Tirafonen.  
 num. 3. presentandi 17. Ian. 1583. coram Renerendissimo  
 Oriolen. vltra quod constat de alia reservatione res-  
 pectu familiaritatis Didaci defuncti, quæ durat etiam  
 defuncto Papa extrauag. ad Roman. de Præb. inter  
 commu. et. Simoneta de referuat. q. 57. cum alijs, & hinc  
 sententiam sequitur Flam. Par. de resignatione Beneficij.  
 lib. 2. q. 12. n. 6.

Secunda sententia est in contrarium, & scilicet  
 quod reservationes non capiant ista Beneficia de-  
 bita certis personis, seu certo generi personarum.  
 Ita tenet Aneas de Falcon. per glossam in d. c. cum in  
 Ecclesia 3. quæstione principali, mon. regisim. secundo,  
 vbi ait, quod beneficia, quæ vigore consuetudinis



vel statuti debentur alicui, puta Magistro, vel alteri non comprehenduntur in reservationibus, & referi Pareus *decision. 235 libro 2. n. 2.* sequitur Menochius *consil. 234. numero 18. libro 3.* Couarr. *pract. cap. trigesimo sexto numero 4. vers. si aliter, si Beneficia patrimonialia*, loquens de Beneficiis patrimonialibus, & Canonicibus, qui Theologus magistris, & iuris Pontificij Doctoribus. ex electione sunt conferenda, qui tamen ait opinionem istam dubiam esse, quoad hæc patrimonialia Beneficia, & Canonicatus propter verba reservationis *cap. 2. de Præbend. in 6.* de qua ibi loquitur, quæ adeo generalia sunt, vt hæc Beneficia comprehendere videantur, propterea se lectorem admonere hac in controuersia, quod diligenter obseruet, quod praxi receptum fuerit, & quod sit Christiane Reip. ac ministerio diuino cõducibili, si quid admodum conducit hæc Beneficia non cõprehendi vllis reservationibus. & c. Et tenuerat Rota in vna Casaraugustana Canonice, & Præbendæ Alcanicij coram D. Fantocio 13. & 27. Ianuarij 1533. in qua fuit resoluta. *Regulam reservationum 8. mensium, et comprehendat Beneficia iuris patronatus ex priuilegio non comprehendere Beneficia iurisdictionis debita ex priuilegio filius patrimonialibus, quia quotiescumque sunt debita Beneficia certis personis, comprehenduntur sub regula, quia aequitas id iudicat, vt inuenitur alij ad exigenda similia Beneficia.* Vt apud Verallum *de off. 315. & 316. libro 1. in manus scriptis.* Et nouissime hanc sententiam sequitur Zerola in *praxi Episcopali. 1. parte verbo Beneficia. 8. 3. dicto 8. & verbo Præbenda Theologica. 5. 4. dicens Beneficia, quæ aliquas qualitates, seu certa onera habent iniuncta, vt Præbendas Theologales, vt in Concilio *sess. 25. de reform. non comprehenduntur sub reservationibus, & c.**

Mihi videtur in rigore verior prima sententia, secunda vero videtur tum æquior, tum praxi conuenientior, præsertim quia Papa non potest de facili habere notitiam de personis, quibus ex fundatione, consuetudine, priuilegio vel alias, Beneficia sunt conferenda, & reuera videtur in praxi recepta, & consuetudine approbata in Hispania. Et sic videbatur posse sequi. *in summe. l. si de interpretatione. ff. de legibus. & notatur in cap. cum dilectus. de consuetudine.* Petrus Rauennas de consuetudine *secunda numero 4.* nec videbatur ob stare, quod contrarium haberet situs Rotæ, qui facit ius, & pro lege habetur. Sarnen. in *prouincis regularum quæ. 5. ad princip.* Zerola in *praxi parte 1. verb. Rota tribunal Vrbis, seu decisiones ipsius.* Etiam in partibus Sarnen. *ibi quæ. 2. sub vers. siul. 4. pro ista parte, & supra dictum est prima parte, cap. 5. numero 87. & sequenti.* quia illa derogatur per stylum, & obseruantiam, & consuetudinem particularem Hispaniæ. Rochus de consuetudine *sectio. 7. numero 21. 22. & 23. Cardinal. in Clementina quatuor. de appellat. numero primo.*

Nihilominus tamen stante, & quæ prima opinio ita sit iam a Rota recepta, quod secundum eam sepius reperitur iudicatum, adeo quod introductus sit stylus, vel consuetudo curiæ, vt inquit Paulinus in *præliado extrinsecus antium vers. decisiones Rotæ & dicam infra cap. 3. num. 239.* videtur illi standum etiam in Hispania, in qua contrarium obseruatur, nam agitur de interpretatione reservationis, quæ emanat ab ipsa curia, & attendenda est consuetudo loci, vnde traxit originem res, de qua iudicari oportet, *Et 2id. dees. 2.* Rota in illa Conchen. personis infra adducta *cap. 3. numero 148.* vbi dicemus in simili, *numero 241.* & rursus reservationes habent vim etiam si non

recipiuntur, vt supradictum est *num. 558.* quod maxime procedit stante stylo ipsius Papæ prouidentis de Beneficiis patrimonialibus, & alijs huiusmodi, vt reseruat.

Nec secunda sententia, quæ estio esset alijs vera, procederet in Beneficiis, quæ sunt conferenda graduatis, vt magistris, vel Doctoribus, aut licentiatis, vt Penitentiaris, Scholasticis, &c. nisi essent conferenda per electionem, & concursum, vt Præbendæ Magistralis, & Doctorales in Ecclesijs Cathedralibus horum Regnorum Castellæ, & Legionis ex Bulla Sixti IV. & Leonis X. vbi etiam statuitur eas sub reservationibus non comprehendendi, vt in Bullis infra adductis *cap. 4. numero 169.* nam, si non essent conferenda graduatis per electionem & concursum, nullo inconueniens & ob sculatum est quominus comprehendantur sub reservationibus, cum recte possint a Papa graduatis prouideri, & ita videmus in penitentiaris, & Scholasticis obseruari.

Nec etiam procederet quando personæ, quibus Beneficium debetur, non adiunt, vel nolunt, seu non pretendunt illud, & sic Beneficium est libere prouidendum, nam solum respectu illarum non caderet sub reservatione.

post hæc scripta vide Hieronymum t. González, qui *gl. ff. 9. l. ex num. 22. tractat istam questionem, an Beneficia patrimonialia includantur in reservatione huius regulæ, plura hinc inde pro vtraque parte adducens, & tandem tenet includi, & allegat decisiones Rotæ per nos adductas, & quæ in illis allegantur, & nouissime ait sensisse Rotam in alia Calagurritana Beneficia de Albania. 22. Mart. 1602. coram D. Seraphino, in qua decisione fuit etiam dictum, quod in prouisionibus, quæ sunt a sede Apostolica, non est seruanda forma concursus, nec illa, quæ est ab Ordinario seruanda in prouisione Beneficiorum patrimonialium, prout etiam tenuit Rota in alijs causis. Et similiter fuerunt ponderata verba clausulæ, non obstantibus, & c. contenta in litteris Apostolicis prouisionis Apostolicæ de Beneficio patrimoniali reseruat, per quam clausulam fuit etiam derogatum cuiuscumque constitutionis, & indulto Apostolico contrariis, quatenus derogatio necessaria foret, *Aym. off. 126. num. 6. cum alijs.* Et ad illud de praxi, & obseruantia contrariis respondet González, quod ideo prouidentur per Ordinarios ista Beneficia patrimonialia, etiam vacanti in mensibus reseruat, quia Papæ ita placeat, & illa conferre nunquam dignatur, nisi ratio, quamuis sint reseruat, ex sua summa benignitate, & sanctitate. Quæ quidem responsio non satisficit, nec est solida, tum quia praxi non fundatur in tali beneplacito Papæ: tum quia de eo non constat, & ad summum posset constare de aliqua dissimulatione Papæ, quæ non excusatur ad *capit. cum iam dudum, de Præbend. ibi, cum multa per patientiam tolerentur, & c.**

Declarat tamen t. González supradictam conclusionem limitandam fore, nisi in indulto, seu priuilegio concessio super Beneficiorum patrimonialium prouisione ad ius tales clausulæ, quæ vincant, & superent reservationem huius regulæ, & verisimile sit Papam nolle comprehendere tale indultum sub regula, vnde existimata difficile intrare iam, & in futurum reservationem huius regulæ, quoad Beneficia patrimonialia diocesis Calagurritanæ. stante indulto concessio per Clemetem VIII. super modo, & forma prouidentis de dictis Beneficiis sub die 28. Aprilis 1596. cuius clausulam ponit, nempe, quod non comprehendat

prehædatur sub aliquibus derogationibus, reservationibus, & regulis Cancellariæ, sub quibus clausulis, & decretis etiam derogationum derogatoris, nec derogari possit, aut censetur, nisi de Episcopis, & Cleri Calagurritanæ & Calciatænæ, & hominum dictarum diocesis consensu &c. quæ clausula, inquit, est potentissima, & nunquam intelligitur sub lata deficiente d. consensu. Rota *decisio. 137. & 468.* in vna Astoricensi *part. 1. diuis. forum, & dec. 304.* in alia Astoricensi *parte 2. cum alijs.*

Sed certe ex ista ratione non bene saluatur d. indultum à derogatione huius regulæ posterioris, quæ derogat indultis etiam cum quibusdam derogationum derogatoris, & fortioribus, & insolitis clausulis, &c. quæ verba sine dubio sufficiunt etiam sine clausula, quorum tenores ad derogationem quoruncumque indultorum, cum illis, & alijs quibuscumque clausulis, concessorum, maxime cum hæc derogatio fiat per viam legis, seu constitutionis generalis ad Felium in *cap. nonnulli de rescripto, numero quinto, vers. saluti autem & in cap. accedentes, de prescripti. numero 5. Ripa in cap. 1. de rescripti. numero 55. Couarr. in vrbica, de testamento. 2. part. numero 20. vers. secundum etiam. Menoch. de prescripti. lib. 6. prescripti. 40. numero 21. & González *diel. gloss. vna, 9. 2. numero 57. & gloss. 36. a numero 31.* qui alios citant, & Rotam in Tirafonen. iuris presentandi supra adductam *numero 559.* quicquid dicat, Rota *diel. decisio. 137. a numero 2. & decisio. 468. numero 4.* etiam in *termini. diel. decisio. 304.* vbi de reg. 3. reseruatoria Beneficiorum familiarium agebatur, nulla fibat mentio in regula de clausula derogatoria, nec ei derogatum fuerat, vt in eadem decisio in fin. dicitur, imo reg. reseruatoria nulla clausula erat derogatoria, nec indulto derogatum fuerat, vt dicitur in *decis. Putei 308. in fin. lib. 3.* in terminis autem *decisio. 137. & 468.* vbi agitur de regula Pauli IV. reseruatoria mensium cum eadem clausula derogatoria indultorum disponendi de huiusmodi Beneficiis, & dictione insolitis, vt in nostra regula erant in indulto clausulæ fortiores, nempe, quod non possent derogari, nisi de toto tenore, & data plena, specifica, indiuidua, expressa ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales, idem importantes, mentio fiat, & c. quæ non sunt in d. indulto, Clement. VIII. præterea, vt ipse González refert *gloss. 18. num. 57. & diel. gloss. 36. numero 38.* nouissime nonnulli ex Dominis Rotæ auditoribus dubitarunt de subsistentia dictarum decisionum Astoricensium, & c. meo videri præcipuum fundamentum ad sustinendum d. decisio, est, quod ibi agitur de indulto iuris patronatus cum clausula quod habeatur, ac si ex vera dotatione, & fundatione competeret, quæ facit, vt, licet hæc qualitas infusetur ex priuilegio, debeat tamen regulari, prout regulatur ea, quæ ex dotatione, & fundatione competunt, nisi de mente contraria Papæ appareat, alias nihil operaretur illa æquiparatio, & c. vt in *diel. decisio. 137. numero primo, maxime cum Papa voluerit, non posse derogari, sine ipsius Mareionis consensu ad instar iuris patronatus laicorum, cui nunquam solet papa in totum derogare, sed pro medietate, quare regulandum est secundum naturam veri iuris patronatus ex dotatione, & fundatione competens, vt in dicta decisio. 468. numero primo, de quo infra a num. 580. & in clausula regulæ mensium derogatoria indultorum nulla fit mentio de iure patronatus, & c.**

Sed adhuc existimo, quod pro regulas mensium

posteriores non derogetur dicto indulto Clem. citis, tribus quidem rationibus, prima, quod istud indultum videtur concessum Communitati, & Vniuersitati Cleri, & hominum dictæ Diocesis Calagurritanæ & Calciatænæ. & hæc regula non comprehendit indulta concessa communitati, quia solum derogat indultis quibus personis, & Collegiis concessis ad Rom. *consil. 195. numero 3. & consil. 400. & 436. numero 2.* Paulum *consil. 278. sub numero quarto. glo. 1. Rebuffum in commun. eod. titulo de collation. 9. Itanium verb. personis.* Caputaquen. *decisione 42. parte 3. & González, qui plura cumulat gloss. 37. ex numero primo.* & tuit in simili indulto resolutum in vna Meliten. seu Mileuitana Beneficia 5. Mart. 20. Iun. 1594. coram D. Penna. *Indultum concessum a Leone X. habitatoribus, & Populo insula Melitæ, quod perpetuo futuris temporibus Beneficia Civitatis, & Diocesis Meliten. in quibuscumque mensibus vacantis, conferantur originariis per Episcopum, non obstante quacumque reservatione, non esse derogatum per hanc regulam, quia non comprehendit indulta Communitatibus, seu Vniuersitatibus concessa ex allegatis, vt in terminis eiusdem indulti fuerat alia resolutum coram Grapero 27. Octobr. 1561. & c. de qua decisione alias meminim González *diel. glossa nona, 9. 2. a numero 45. & glossa 16. numero 41. & glossa 37. numero 33.* nec obstat difficultas excitata per González *diel. glossa 37. numero 34.* contra illud motuum Rotæ, quod dicti Doctores loquuntur, quando de Collegiis, seu Vniuersitatibus nulla fuit facta mentio, & regula nostra per verba clara loquitur, non solum de personis, sed etiam de Collegiis, & Collegiis est Vniuersitas, & Communitas, & c. quia respondetur, quod quamuis Collegium sit species Vniuersitatis, seu Communitatis in genere, & in communitatem aliud est Collegium, & aliud Vniuersitas, seu Communitas populi, prouincie, vel Regni, vt per Menochium de arbit. *centur. 6. casu 598. a numero primo, & González supra numero 35. & expissa re constat, & sic, licet nostra regula deroget indultis Collegiis concessis, non ideo derogat indultis concessis Vniuersitatibus, seu Communitatibus populi, prouincie, seu Regni.**

Secunda ratio est, quod indultum Clementis VIII. videtur concessum, non tam fauore eligentium, quam fauore eligendorum, nempe ipsorum filiorum patrimonialium, & regula non comprehendit indulta concessa fauore eligendorum, vt fuit etiam resolutum in dicta Meliten. coram D. Penna, vbi subdit decisio, quod placuit *Dominis alia ratio, scilicet, quod dict. indultum esset concessum ad fauorem eligendorum, & non eligentium, & quod a reg. nostra solum renouat indulta concessa fauore eligentium, non fauore eligendorum, vt per González diel. gloss. nona, 9. secundo, numero quadragesimo septimo, & gloss. trigesima sexta nu. 41.* quamuis contra istam rationem videatur sentire Rota in illa Tirafonen. iuris presentandi supra adducta *n. 559.*

Tertia ratio est, quod cum d. indultum sit generale circa modum prouidentis de Beneficiis patrimonialibus totius diocesis Calagurritanæ & Calciatænæ. est per modum statuti, & legis, & sic non cõfector illi derogatum per hanc regulam, ad *decis. Rotæ in causa Tirafonen. Vicarie, infra adductas 9. p. 4. 2. & n. 309.* & alias dicitur infra *n. 679.* & quod non derogetur d. indulto Clementis VIII. per hanc regulam, confirmatur ex decisionibus Calagurritanæ supra adductis, vbi supponitur, quod si constaret de Bulla



& pretenso indulto Alexand. VI. non eff. t. loc. referuati huius reg. &c.

Beneficia autem iuris patronatus & laicorum, non comprehenduntur in reformationibus, etiam si sint generales, & in corpore iuris clausa, nec Legatus a Lateri illa potest conferre, iura loan. Mona. nu. 2. Dom. Francus, & alij in cap. 2. de Præbend. in 6. vbi idem etiam tenet gloss. verb. collatio, quicquid alij dicant, Lapis allegatioe 84. n. 6. allegat. 96. Felin. in tract. quando literæ Apostolicæ, limitatione 2. Selua 3. p. quest. 11. 12. qualitate num. 12. & 21. Aneas de Falcon. 3. quest. num. 6. & 4. quest. 14. effectus. Simonca 9. 9. & ibi late Granutius, Rochus de iure patronat. verb. competens, quest. 24. num. 54. Lambert. 1. part. 2. libro quest. 6. art. 2. & 3. part. quest. 9. art. 16. Palacios Rubios in libell. de Beneficiis in curia vacant. §. 11. & 12. Gambarus de offic. Legati, libro 3. a num. 239. & 241. Alaua de Concilio 2. part. 1. 25. Mandol. reg. 1. Cancell. 9. 10. a. n. 2. & ad Lapium sup. Couarr. pract. 3. v. num. 2. & 5. Hoiueda de incomparabilitate Benef. cap. fin. num. 109. Azucedo in l. 5. ut. 6. lib. 1. recopil. n. 3. Spino. de testam. gloss. 4. n. 4. Caldas respo. §. 3. & Valalca conu. latione 163. 2. p. Mohedan. decif. 13. de concess. Præb. alias 317. Puteus 319. li. 1. Cenedo in Collect. 21. ad sextum, numero 2. & posthæc González gloss. 18. numer. 2. qui plures alios, & decifion. Rotæ ad hoc referunt, & reprobant glossa Zencelin. in Extraugant. excohibilis, verb. disponere, de Præbend. in Extraugant. loan. XXI. ex quibus apparet sententiam istam receptissimam esse, & in gratia, seu impetratione Beneficij, necessariam esse mentionem, & derogationem iuris patronatus laicorum, alias non valere. Vnde in vna Florentina, de anno 1547. coram D. August. tenuit Rota, quod si Beneficium iuris patronatus vacet in curia, opus est in impetratione facere mentionem de iure patronatus, alius impetratio non valet, secus est in Beneficio litigioso, Cal. decif. 3. ut lende pender. per Chifanem, decif. 75. in manuscriptis.

Nec obstat d. verba nostræ regul. presentationem, &c. quia non includunt presentationem laicorum, sed clericorum, Lapis d. allegatioe 84. n. 6. Selua d. quest. 11. 12. qualitate num. 16. & 17. Felin. supra ampliatione 3. & 4. Lambert. d. quest. 9. artic. 6. & 7. Caputaquen. decif. 112. part. 1. Couarr. d. c. 36. n. 2. Mandol. alios referens ad Lapium sup. de allegatioe 84. li. 1. Flamin. Paris. de resignatioe Benef. lib. 2. §. 4. n. 37. & González sup. n. 4.

Hæc tamen primo declarantur & procedere, quando ius patronatus competit laicis, ex fundatione, constructione vel dotatione, secus, si ex privilegio, consuetudine, vel prescriptione, in quo non est necessaria derogatio, sed absque derogatione receptum est valere impetrationem, Felinus supra limitatione undecima Staphil. de literis gratiæ, titul. de modo & forma impetrandi. §. quarto, principaliter, numero quæsto 10. Selua d. questio. 11. 12. qualitate circa fin. 11. & 12. Fallentin. Lambert. 3. part. 2. libro, questio. 9. art. 25. Gigas de pensio. quest. 24. in fin. Caputaquen. decif. 132. part. 2. Mandol. reg. 32. quest. 4. num. 8. & 10. Couarr. supra num. 6. Ferrerius cont. 132. non. 7. & 8. Flamin. Paris. plures referens d. lib. 2. quest. 4. num. 51. Zerola in praxi Episcopali. 1. part. verb. ius patronatus. §. 8. d. dubio 31. & alij infra citandi, & dicitur infra loquendo de Legato, cap. 3. nu. septuagesimo secundo. Quamuis contrarium Rebutius in praxi tertia parte signatur 6. verb. nec non iuris patronatus; numero vigesimo quarto, & in regula Cancellaria 43. de derogatione

tionem iuris patronatus.

Et tale ius patronatus sub & reformationibus comprehenditur, Rochus supra Lambert. d. 3. part. 2. lib. quæst. 8. art. 3. & quæst. 9. art. 25. Aneas de Falcon. d. 4. questio. 14. Alaua supra Mandol. d. reg. 1. quest. 10. numer. 3. Couarr. videndus d. num. 6. & Granutius d. 9. num. 7. qui receptum testantur, & plures in idem referunt, Cassad. decif. 4. de iure patron. Puteus decif. 308. lib. 3. Rota decif. 45. lib. 3. part. 3. & decif. 304. part. 2. dicitur. Et ita fuit resolutum in causa Cæsaragustana Parochialis, 10. Maij 1560. coram D. Groppio. Regulam reformationis 8. mensium comprehendere Beneficia de iure patronatus ex privilegio, & quasi possessionem presentandi, non probato iure patronatus ex fundatione, vel dotatione non impedire d. regul. & dictum est ita fuisse resolutum in Pamplonen. Parochialis vigesimo octavo Junij 1555. coram D. Achille, &c. Et in vna Seguntina dimidie annata 16. Nou. 1593. coram D. Orano fuit dictum, quod licet Beneficia, & Capellanie iuris patronatus laicorum non veniant in generali dispositione loquente de Beneficiis, tamen hoc admittitur, quando sunt iuris patronatus ex dotatione, & fundatione, versus si ex privilegio sunt iuris patronatus comprehenduntur sub indultis, reformationibus, & quibusvis aliis dispositionibus, &c. Et post hæc tradit González d. gloss. 18. a. n. 18. qui num. 21. ait, nempe, quod reg. nostra comprehendat in sua referuati Beneficia de iure patronatus laicalia, que non sunt ex fundatione, dotatione, aut constructione, sed ex privilegio, vel prescriptione, fuisse etiam resolutum in Cæsaragustana Parochialis 10. Junij coram Gispio, & in Firmana Beneficij 13. Maij 1596. coram D. Pamphilio, & in vna Cæsaragustana Parochialis, de mense Iunij 1603. coram eodem & in Valencina Parochialis de Carlet 4. Junij 1602. coram D. Lancelloto, nouissime in Complana iuris patronatus 13. Iar. 1604. coram D. Lita.

Quod procedit etiam si ius patronatus ex & privilegio, seu prescriptione spectet ad Duces, Marchiones, Comites vel alios Principes, vt in dicta decifion. Putei trecentisimaseptima & in decifion. 304. d. reformationis, nisi sit ius patronatus Regum, vel aliorum Principum iura Regiæ, seu Imperij obtinentium, vt supra dictum est, num. 21. & tradit González gloss. 24. n. 159. Quamuis alij ius patronatus Ducum, Marchionum, vel Comitum ex dotatione, vel fundatione non censetur derogatio, nisi facta fuerit specialis, mæto quod ad Duces, Marchiones, vel Comitum spectat, vt in reg. Cancell. 40. seu 41. de derogatioe iuris patronatus, Felin. sup. ampliatione 8. Lambert. 3. part. lib. 1. §. 9. art. 11. Rebut. supra n. 62. & Couarr. d. c. 36. pract. num. 2.

Vnde ad excludendam & reformationem ratione iuris patronatus laicorum, oportet docere de iure patronatus, ex fundatione, constructione, vel dotatione, maxime flante Concilio Trident. sess. 25. de reform. c. 9. González d. gloss. 18. num. 2. circa quod vide dicta infra, caput. quarto a numero. 137. & cap. ultimo, a numero 81.

Hoc tamen, & attinet ad ius patronat. & pbatione ex prescriptione, seu consuetudine, de quo Couarr. in regul. post. §. 2. part. 3. 10. intelligi non habere locum, vbi quis allegaret ius patronatus sibi competere ex fundatione, vel dotatione, & ad id probandum vteretur immemorati temporis cursu, vt sentit Felin. limitatione 11. Decius cons. 116. num. 3. Lambert. d. 3. part. 2. lib. quest. 8. art. 3. & quest. 9. artic. 15. Cafador.

fa dor. decif. 4. de probatio. & 4. & 7. de iure patronat. & docet Couarr. dict. cap. 36. pract. numero 6. & Zechus tract. de iure patronat. & de reprob. Ecclesiasticæ. de statu Legati, sub numero 4. dicitur, tunc posse procedere opinionem Imolæ in cap. dilectus de offic. Legati, & sic etiam potest intelligi Menochius consil. 90. numero 86. & 87. libro primo, & ita procedit decif. Putei 404. lib. 2. & conducat dicta infra cap. vlt. a numero 82. & in vna Pamphilonen. Beneficij 12. Maij 1557. coram D. Acorambono fuit resolutum, Expeditur non comprehendere Beneficium de iure patronatus ab immemorati Parochialis, quia immemorati probat legitimum titulum ex fundatione, vel dotatione, Felin. in cap. causam, numero sexto, de prescript. & Felin. dict. limitatione 11. & Cassad. dicit. decifion. 4. de probatio, non habere locum in tempore immemorati, Mohedan. decifion. 154. & ita solere seruari Rotam, nisi ex qualitate personarum possit constare fuisse meram usurpationem, vt quia essent potentes valde, nec ob stare instrumentum, de quo in actis, quia licet ex eo effectus nullus tamen flante immemorati, presatur alius melior, & poterit allegari, & vt per Cotam, decif. 341. in Miscellaneis manuscriptis, vbi assert istam decifionem.

Secundo intelligo id procedere & vbi ius patronatus absolute est ex prescriptione seu consuetudine, secus vbi est ex fundatione, & dotatione, licet prescriptum ab alijs, vt fuit resolutum in vna Auximiana iuris patronatus coram Illustrissimo Cardin. Seraphino, vt in decifionibus sequentibus 7. Feb. 1585.

Difficultas huius causa restricta fuerat, vt videretur in casu, de quo agit, sine necessaria derogatio iuris patronatus, ex quo licet ius patronatus sit ex dotatione, & fundatione, ius tamen presentandi videtur quatuor ex prescriptione familie de Onophris, vnde videatur esse ratio illa propter quæ requiritur derogatio, Cassad. de probatio. decif. 4. & de iure patron. decif. 4. & si numero 5. & passim tenent Canonista valere presuntionem Papæ, sine derogatione iuris patronatus, quod est ex consuetudine, vel prescriptione, vt tradit Card. consil. 69. colum. 2. versus ad secundum, quem refert, & sequitur Staphil. sub titulo de modo, & forma impetrandi, §. quarto principaliter, num. 4. quæquid dicitur Decius consil. 116. numer. 3. contrarium tamen conclusum fuit a Domino, nempe repugnante: intellexerunt enim presatam doctrinam procedere, vbi absolute ius patronatus est ex consuetudine, vel prescriptione, non autem ex fundatione, & dotatione, quia semper respectu fundationis militat ratio, quod potius fuerit, alij cogitasset Papam aliquando, non habita ratione sua fundationis, solatarum fuisse, nam etiam, quod prescriptum sit ius presentandi, tamen per illud conseruatur memoria fundatoris, maxime iis casibus, in quo Domini de Onophris habent voluntatem fundatoris per se licet forte nullam, cum etiam ex nullo colligatur voluntas, & placebat simile ex decif. Putei 392. lib. 2. vbi licet derogatio comprehendere ius patronatus ex privilegio, non tamen comprehendebat ius patronatus ex privilegio obtento ratione fundationis, & dotationis, quod etiam probatur, & alio finis, quando ius patronatus spectat ad clericum ratione Ecclesiæ, & ad laicum simul, nam ratione huius mixtura presatæ qualitas laicalis, & requiritur derogatio, vt post alios tradit Felin. in tract. quando literæ Apostolicæ n. 6. in ampliatione, & ideo Card. ex aduerso allegatus d. consil. 66. n. 4. quod effectum presentandis, purificat istos casus, quod quis sit patronus, vel sit in quasi possessione presentandis quomodo constat de ex-

sentia iuris patronatus, & ideo dicitur necesse esse, vt fiat mentio in impetratione de huiusmodi iure presentandis, sicut si essent veri patroni, & Cardinalis sequitur Rotam, vt per Puteum, decif. 404. lib. 2. Nec obstat quod Staphileus d. §. 4. n. 6. tradat non requiri mentionem, si ad ius veri patroni, quo non sunt in quasi possessione presentandi, sed alij, qui non sunt patroni, quia iste non est casus noster, cum nulli ad ius veri patroni quis pretendat sibi hoc ius competere, imo antiquitate temporis, & acquiescentia Capituli, & obseruatiua presentandis, & acquiescentia Capituli, & obseruatiua presentandis, & legatum, quamuis ascriptum sibi ab eodem Notario legitur, insumatum, & publicatum, & probatum fuisse per testes, quo casu esset annis suscipio fraudis, vt per Salicetum in l. 1. circa si. C. de his qui sibi quis scriperunt, cui itaque huius iuris patronatus nulla fuerit facta mentio in gratia Apostolica Sanctissimi, nam clausula in ea apposita respiciunt tantum ius presentandi competens ex consuetudine, suis conclusum huiusmodi gratiam non obesse D. Quintiliano.

In eadem 17. Martij 1586.

Omni steterunt in decifis, non obstantibus in contrarium allegatis, quia in istis materijs ad effectum obtinenda surreptionis, attenditur status presens adeo, quod etiam de intrusione debet fieri mentio, cum autem hic status presens sit laicalis, & fundatio facta laica, utique necessaria est derogatio, nec fieri potest fundamentum in eo, quod prius fuisse relictum in patronatus Ecclesiæ, quia tollitur ex coactis, qui fuerunt obseruati per longissimum tempus, nemine contradicente, nec est verum, quod Onophri allegant prescriptionem, quia illis sufficit quasi possessio, & titulus fundationis ad effectum, vt necessaria sit derogatio, vt ex autoritate Cardinalis consil. 69. sub alias de dictionibus, nec fuit Staphileus, §. 4. numero 4. de modo, & forma impetrandi, quia loquitur in casu mera consuetudinis, vel prescriptionis. Et conducat decifio Gerunden. Beneficij de qua inf. nu. 82.

Vnde etiam in casu Staphilei d. d. §. 4. principaliter n. 6. quando aliqui sunt veri patroni ex fundatione, vel dotatione, sed non sunt in quasi possessione presentandis, sed alij, qui bus ratione possessionis competit presentatio, videtur requiri mentio, & derogatio iuris patronatus &c. quia militat eadem ratio, de qua in d. dec. Auximiana, licet non sit facienda mentio verorum patronorum, sed possessionum, & ita contra Staphileum ibi recte tenet Couarr. d. c. 36. pract. num. 6. vers. principaliter.

Tertio quod attinet ad ius & patronatus ex privilegio, id intelligi, nisi ius patronatus ex privilegio, sit cum clausula, quod huiusmodi ius patronatus non fit ex privilegio, sed ex vera, & reali fundatione, ac dotatione laicali, vt in indulto Ducis Albat, in quo dicitur, nec non, quod huiusmodi ius patronatus sit illiusmodi, & non ex privilegio, sed ex vera, & reali fundatione, & dotatione laicali, seu cum clausula, quod ius patronatus huiusmodi habeatur, ac si ex vera dotatione, & fundatione competere, & in indulto Clemente V. II. concessio Marchioni de Astorga, eius vita durante, hæc enim clausula operatur, vt in gratia Apostolica requiratur eius mentio, & derogatio, & beneficia non veniant sub reformationibus, sicut si essent iuris patronatus ex fundatione, &c. Nam facit, quod, licet hæc qualitas infusa ex privilegio, debeat tamen regulari prout regularitur ea, quæ ex dotatione, & fundatione compe-



tunt, nisi de mente contraria Papae appareat, alias nihil operaretur illi aequiparatio, ita Rota in causa Afloricensi. Archidiaconatus 19 Mart. & 4 Maji 1576. coram D. Seraphino, vt in de. yson. 137. & 468. numero primo. par. 1. diuersorum. Mieres. de maioribus, prima pars. questio. 51. numero 35. maxime, si ad eam etiam clausula, quod non possit derogari, nisi de toto tenore, &c. plena, specificata, inuidua, expressa, ac de verbo ad verbum. 2. &c. mentio fiat, &c. vt in d. decis. 137. num. 2. v. d. decis. 468. in de. 304. 2. p. diuersorum, & in decis. Putei 308. lib. 3. & post haec tradit Gonzalez gl. 18. a. n. 92. & vide dicta supra a. n. 566. & infra cap. ultimo a. n. 117.

Rursus id intelligo, nisi ius patronatus ex privilegio sit ex causa onerosa augmenti dotis, ad tradita per Hiero. Gabr. consil. 195. lib. 1. seu ratione fundationis, & dotationis, vt in specie decisio. Putei 392. libro 2. & fuit dictum in Auximana supra adducta numero 578 & vide dicta infra d. cap. ult. a. num. 110. & 124.

182 Praedicta autem conclusio sic declarata ampliat, primo, vt procedat etiam in Beneficiis iuris patronatus mixti laicorum, & clericorum, nam ista etiam non comprehenduntur sub reservationibus nec a Legato a Latere conferri possunt, de quo infra a. n. 67. nec valeret transmissio Papae, non facta de eo mentione, &c. Felin. dist. 1. tract. quando litera Apostolica ampliatione 6. & limitatione 3. Sclua d. 3. p. quest. 11. num. 17. & 12. Rochus verb. ius, numer. 14. Lambert. d. 3. par. 2. lib. 9. 9. art. 9. Rebuff. de nominat. quest. 35. num. 6. v. 7. Gugas de pensio. quest. 24. Simoneta dist. quest. 9. num. 3. & ibi Granitius, Mandol. d. reg. 1. 9. 10. num. 8. & de signaturae gratia, tit. de derogatione iuris patronatus, vers. & ius patronatus. Couarr. d. cap. 36. praed. num. 5. vers. 3. opportune. Hoienda de incompatibilitate, cap. fin. n. 114. Caffad. decis. vlt. ad fin. de iure patron. & 4. de probato. numer. 10. Achilles decis. 316. seu 3. de iure patron. Crescen. 3. eod. tit. Puteus 157. lib. 3. Rota decisio 574. n. 10. par. 1. diuersorum. & nouissime in vna Gerunden. Beneficij 15. Decemb. 1599. coram D. Seraphino, seu Penna, in qua fuit resolutum, Consilare de iure patronatus, cuius institum fundationis habetur, vt regulam reservationum, mensium non comprehendit Beneficia iuris patronatus, Verallius decisio. 405. in manuscriptis, nec obstat, quod ius patronatus sit mixtum, quomodo ad hunc effectum reputatur laicale, Achill. decis. 3. de iure patron. Verall. ibi Puteus 157. lib. 3. & etiam ad hunc effectum videri sufficere solum quasi possessionem presentandam, vt per Zabarellam consil. 69. num. 4. Cald. 23. de Praebend. Mebed. decisio. 179. Puteus 206. lib. 1. Simonet. q. 70. Thamis decis. 3. & fuit dictum in causa Vicens. Beneficij 19. Nou. 1599. coram D. Pamphilio, neque etiam hoc casu necessariam esse probationem descendenti patronorum, ex quo reputantur in quasi possessione presentandi, Crescen. decis. 9. de iure patron. &c.

Et fuit dictum in illa Auximana sup. adducta, num. 578. & in Firmana Beneficij infra adducta m. 591. & tradit post haec Gonzalez d. gl. 18. a. n. 8. Et haec sententia est communiter recepta, vt ex praedictis apparet, licet cotraria teneat Rota decis. 46. de Praeb. alias 269. in antiquis, Staphil. de modo, & forma imperandi. 8. ius patronatus, quomodo probetur n. 3. & Aneas de Falcon 4. q. effectus 14. qui ait comprehendit in reservatione papali, licet non in reservatione Legati, & Ferrerus consil. 132. num. 4. dicens, ius patronatus mixtum regulandum esse, vt Ecclesiasticum, & valeat prouisionem papae, etiam si nulla de eo fuisset fa-

cta mentio, cum censetur totum Ecclesiasticum, de quo non est facienda mentio, in hoc tamen seruandum esse stilum Romae Curiae, & vide infra dicta e. 3. a. n. 67.

Soleo tamen iuri patronatus mixto derogari in totum in prouisionibus papae, Caff. Crescen. & Puteus sup. & Rota d. decis. 574. Mandol. d. tit. de derogatione iuris patron. & Flam. parif. lib. 2. de rescriptis. q. 4. an. 49. per clausulam in supplicationibus quoniam sollicita. Et cum derogatione iuris patronatus, quatenus de illo existat, quod distinguitur in literis, si videtur, vt etiam non obstante, exprimi possit, citra tamen illius approbationem, videlicet si laicorum tantum, etiam nobilitatem, ac illius, cuius est fundatio, vel donatio, conueniat pro medietate, vel si in linguis, vel deuotionem sit, in totum latissime extendit. Quae derogatio, inquit Couarr. sup. quod non admittitur in Hispania, nisi vbi maioris parte ius patronatus Ecclesiasticum elicit.

Et aduerte, quod non derogatur iuri patronatus mixto, quia solet papa derogare iuri patronatus laicorum pro medietate, & sic derogat parti laicorum, parti autem clericorum derogare non est necesse, vt inquit Achilles d. decis. 3. seu 316. numero 8. Nam, vt apparet ex dicta clausula, derogatio pro medietate est iuris patronatus laicorum tantum, & iuri patronatus mixto derogatur in totum per illa verba alius in totum, Caffador. d. decis. vltim. ad fin. & Mandol. supra.

Et derogatio pro medietate non est aliquid, quam reducere consensum per plures patronos praebendam ad medietatem, ita quod sufficit habere tot voces, quae pro medietate faciunt maiorem partem, Mandol. consil. 7. n. 16. & Flam. parif. supra n. 55. v. 56. sic intelligendi.

184 Vnde, inquit Mandol. lib. 2. d. tit. de derogatione iuris patronatus, vers. quando est ius patronatus vnius tantum, & Flam. parif. d. n. 55. quod, quando presentatio spectat ad vnum tantum, non derogatur pro medietate, nec d. derogatio suffragari, quia presentatio in vno consistens, seu vnius consensus, est quid indiuisibile. Cui consonat quod alias Rota dixit in vna Firmana Beneficij 11. Maji 1595. coram D. Blancheto, Quod derogatio pro medietate non potest applicari iuris patronatus vniuersitatis, quae vnum tantum corpus constituit, & sic presentatus a minori parte non potest inuari tali derogatione, licet secus esset dicendum, si ad singulos pertineret, &c.

185 Quae tamen dicta, & ratio non videntur solida, & indistincte vera, nam, cum plures patronos possit presentare plures cumque, elem. plures ad fin. de iure patron. presentatio in vno consistens non potest dici quid indiuisibile, & consequenter derogatio pro medietate potest suffragari in isto casu, quamuis in casu dict. decisionis Firmanae non potest suffragari, ex quo vnius tantum est presentatus ab vniuersitate, presentatio enim a minori parte facta perinde habetur, ac si facta non fuisset, vt ibi dicitur.

Vnde etiam in d. Firmana Beneficij, d. de anno 1594. coram eodem D. Blancheto fuit resolutum, Quod derogatio iuris patronatus, quatenus laicorum pro medietate non suffragatur, nisi quando prouiso Apostolica est in fauorem vnius ex presentatis, non autem quando vnius solus presentatur, & aliter solus obtinet sibi de Beneficio, vni libero, prouideri, & euenualiter derogari iuri patronatus: nam hoc casu sequeretur, quod ipse Papa, qui voluit tantum pro medietate derogare, de-

gasset in totum, & fuit intellecta d. decisio. Achill. 3. de iure patronat. &c.

186 Et de derogatione iuris patronatus laicorum, vt vide d. reg. Cancellariae 40. seu 41. de derogatione iuris patronatus, & ibi Glossator, Soto, & Rebuff. & in praxi 3. par. signatus, vt necnon iuris patronatus, & denominatio. questio. 15. Palacios Rubios in libello de Beneficiis in curia vacante. §. 11. Mandolium de signaturae 4. tit. de derogatione iuris patron. & d. consil. 7. Couarr. dist. cap. 36. praed. Salcedum ad Bernard. Diaz regula 400. Azucuelum l. 5. titulo 6. libro 1. recopil. & Flam. Parifium d. lib. 2. de rescriptis, quest. 4. a. numero 31.

187 Et aduerte cum Rebuffo d. verb. necnon iuris patronatus, num. 57. & Mandol. dist. titulo de derogatione iuris patron. vers. similiter quando, quod quando Beneficia vacant per alienationem alterius, aut deuotionem, & alio quouis modo vbi Beneficia habent possessores, quos opus est per litteras expellere, derogatur iuri patronatus laicorum, etiam Principum, in totum, quod aequum videri ait Rebuff. ibi, & reuera est rationi conforme. Et tunc derogatio credo admittitur etiam in Hispania, non obstantibus legibus Regis.

Secundo ampliat d. conclus. vt in Beneficiis iuris patronatus iur. laicorum, seu mixti, sicut non cadit expressa reservatio, ita nec tacita, quae resultat ex appositione manus Papae. Ita fuit resolutum in vna Firmana Beneficij 13. Maji 1596. coram Illustrissimo Pamphilio, vt in sequenti decisione: Fuit dictum Casarem ad iustificans gratiam centum florenorum, & ex inspectione actorum apparere illam non esse iustificatam, cum enim Fabius actor plene probauerit intentionem suam, docendo de iure patronatus, & se fuisse presentatum in tempore a veris patronis, vt apparet ex decision. iudicis coram D. Blancheto, & quod etiam institutionem accepit, tenetur Casar, licet reus, & possessor, qui excepti de derogatione iuris patronatus, plene iustificare suam exceptionem, in qua dicitur actor, Symon, consil. 225. numer. octavo & fuit resolutum coram D. Orioleo. 24. Nouemb. in causa Casar Augustana Parochialis, & consequenter, cum fundet se in gratia centum florenorum, & vacat derogatione iuris patronatus in ea posita ad excludendam intentionem Fabij actoris, tenetur illam iustificare, vt derogatio sibi suffragetur, ex vniuersari regula, quod omnia narrata, tanquam per gratia sunt verificata, loca. Andr. Gemm. numer. octavo. Francus 17. in cap. primo de litis contest. in 6. Regid. decis. 26. Felin. in cap. ad aures colum 3. & in cap. constitutum in princip. de rescript. vt hoc procedit, etiam quando versamur in gratia auctoritate cum Casar ad excludend. Fabium indiget iure, & gratia sui auctoris, tenetur illam verificare, quando prout hoc non fuit triennialis possessor, & eius ius renouatur in dubium, Regid. decis. 112. Caffador, decis. 1. num. 1. de causa possell. Rebuff. in praxi tit. de subrogatione n. 55. Verallius decis. 92. lib. 1. in manuscriptis, & similiter, quando reus excipit de iure tertij ad excludendam intentionem actoris, tenetur illud iustificare perinde ac si principatiter fuisset deductum, vt tenetur Rota in causa Gerunden. Capellania 17. Decemb. 1574. coram D. Lancellato. Et tunc fuit dictum, idem fuisse resolutum in vna Hispanica. Canonatus coram D. Aldobrandino 17. Maii 1557. Non obstant deducta, contra presentationem Fabij, nam, quod dicitur illam fuisse nullam propter appositionem manus Papae, iuxta c. vt nostrum, de appellat. non procedit in Beneficio iuris patronatus laicorum, in quo non cadit

tacita reservatio, quae resultat ex appositione manus Papae, sicut non cadit expressa, Lapus allegatione 84. num. 6. per totum, Gemm. in cap. 1. num. 12. de Praebend. in 6. vbi Francus num. 8. quod habet locum etiam in iure patronatus mixto, quia qualitas laicalis praesertim ab affectione, Collectarius in cap. ex tenore, num. 4. de conceis. Praebend. Mandos. regul. 1. quest. 10. num. 8. Crescen. decis. 196. Achill. decis. 3. de iure patron. Puteus decis. 115. libro 3. & fuit resolutum coram Orioleo, in vna Valentina Beneficij Sancti Iacobi, de anno 1576. quod dicitur, Fabium fuisse presentatum tantum a medietate patronorum, alia medietate neminem presentante, non obstat, cum ius patronatus, tanquam indiuisibilem residet penes quemcumque patronum in solidum quoad vnum eius effectus, & consequenter vnius presentatio tribuit ius ad petendam institutionem, etiam quoad alij non presentent, nec videntur iure suo gloss. verb. diuidi in cap. 1. & ibi Abb. num. 7. & alij de iure patron. & ideo sufficit Fabio fuisse presentatum a sola medietate, vt potuerit institui, maxime, cum alij non presentauerint, & presentatio a patrono censetur facta communi nomine, Feder. de Senis consil. 101. in fine, Abba, consil. 54. sub num. 3. lib. 1. Ruyus consil. 10. num. 10. libro 1. Puteus decis. 298. in fin. lib. 1. non obstat, quod Fabius obtinuerit gratiam, si nemini, quia non ideo dicitur renuntiasse sua presentationis, cum notissimum sit in Beneficialibus admitti multiplicationem titularum, & aliquem posse pluribus titulis iuuari, capit. post concessionem, de conceis. Praebend. Caffador, deci. 2. numer. quinto super regulis, & decis. 3. de causa possell. in fin. Verallius decis. 180. lib. primo in manuscriptis, & nouissime posthac tenet Gonzalez gl. 52. num. 54.

188 Est autem ius patronatus laicorum, quod quod aliqui, siue laico, siue clerico non ratione Ecclesiae, sed ratione proprii patrimonij competit, gloss. in Clementina plures, verb. vt auctore de iure patronatus in Felinus tract. quando litera Apostolica ampliatione 5. Hier. Paulus in praed. Cancellariae, vers. in causa mea, Maioricens. Rochus d. vers. ius, quest. 7. num. 13. Lambert. d. par. lib. 1. quest. 1. artic. 5. Rebuff. in praxi 3. par. signaturae, verb. necnon iuris patronatus, n. 7. & tit. de presentatione, n. 7. Contral. de Benefic. 4. par. c. vltim. n. 8. Duarenus lib. 5. c. 4. Couarr. cap. 36. praed. n. 2. Didae. Perez in l. 2. tit. 6. lib. 1. ordinamenti, Hoienda de incompatibilitate, cap. fin. num. 115. Spino glossa 4. num. 15. Granitius ad Simonetam, quest. 9. numer. 11. Malfard. de probat. conclus. 960. num. 9. Flam. Parif. libro 2. questio. 4. num. 40. & Zauallous, 222. num. 8. & alij, & vt inquit Rebuffus d. tit. de presentatione num. 7. si non apparetur attenditur ius successione, nam si illud per successorem deferatur, praesumitur laicum, quia iura Ecclesiastica iure successione non dantur.

189 Sed dubitatur, quod quando clericus Beneficij ex bonis acquisitis intuitu Ecclesiae, ac redditibus Beneficiorum fundat, seu dotat aliquam Ecclesiam seu Capellam, aut Capellaniam relinquendo, & nominando patronos suos haeredes, vel confanguineos, an tale ius patronatus censetur laicale, an Ecclesiasticum? In quo videtur certum esse Ecclesiasticum ex suppositione facta, quod fundatio, seu dotatio facta est ex bonis Ecclesiasticis, & non patrimonialibus, Felin. in ex. literis de consil. n. 3. Rochus d. verb. ius, num. 18. Lambert. d. par. lib. 1. q. 1. art. 7. Rebuffus in praxi 3. d. verb. necnon iuris patronatus, n. 8. Mandol. d. reg. 1. 9. 10. num. 6. & d. tit. de derogatione



*ius patron. vers. primus est, & seqq. Couarr. d. c. 36. n. 2. Hoieda d. c. fin. n. 13. Spino d. gloss. 4. n. 16. Mascard. dicit. consil. 560. Flam. Parit. dicit. questione 4. n. m. 39. & Causillos supra Achil. decisione 214. seu primo de iure patron. Crescen. 9. eodem tit. puteus decis. 228. lib. 2. & 90. lib. 3. & Mohed. decis. 9. de iure patronat. alias 322.*

Ex quibus apparet, quod quoties ex bonis Ecclesiasticis Ecclesia fundatur, construitur seu dotatur, ius patronatus est Ecclesiasticum, & agunt, quid in dubio dicendum sit, quando non constat, ex quibus bonis fundatio, constructio, seu dotatio facta est, & sequitur Gonzalez gloss. 18. n. 107.

194 Ego tamen cogitabam, si id procedere inspe&o iure communi, secundum quod Clerici non possunt testari de bonis acquisitis intuitu Ecclesie, sed Ecclesia, seu successor in Beneficio succedere debeat in eis cap. 1. cum seqq. de puelio Clericorum capit. cum in officio. cap. velatum 2. cum alijs de testam. de quo supra 2. parte cap. 1. a numero 8. vnde erat in iure patronatus acquisito ex fundatione, seu dotacione facta ex bonis Ecclesiasticis, vt pertineret ad Ecclesiam, & sic ad successores in Dignitate, vel Beneficio, nec posset talis fundans, vel dotans, sibi vt priuato, nec consanguineis, aut alijs illud applicare, cum acquireretur Ecclesie, glossa per text. ubi in cap. Apostolicos, in fin. verb. confirmasse. 12. questione 2. Abb. in capitulo tertio de Ecclesia edificand. numero 12. Felinus in capitulo cum venerabilis numero 37. versicula. & adde. de excep. Rochus dicit. numero decimo octavo & verb. Ecclesiam fundavit. numero octavo, & verb. dotavit. nu. 26. paul. de Ciudadinis de iure patron. 3. parte causa 1. numero 81. late Lambert. qui alios refert dicit. art. 7. & sic tale ius patronatus est Ecclesiasticum, & ideo Rota in dicit. decisionibus Achillis Crescentij, putei, & Mohedani censuit ius patronatus a Clerico Beneficiario, qui Capellaniam fundauit, relictum suis hereditibus, aut consanguineis, censeri laicorum, in quo eis fuit relictum in fundacione, & erant in quasi possessione presentandi, & sic presentandi fundatum ex bonis patrimonialibus, nam alias non posset illis relinquere, nec fuisset admittit ad presentandum iuxta dicta, refert Mandol. dicit. tit. de derogacione iuris patronatus versic. quero. N. Presbyter, & sequitur Gonzalez d. gloss. 18. n. 107. & similiter in vna pifana, in qua Archiepiscopus reliquerat quedam pradia Capella positae in Ecclesia pifana, referens ea pradia empti de proprijs pecunijs, & relinquens ius patronatus hereditibus suis, de anno 1326 fuit promaioni parte resolutum esse ius patronatus laicale ex fundacione, vt apud Gambarum decis. 53. in manuscriptis, & refert Mandol. d. tit. de derogacione iuris patronatus a versicula. pro promissorum declaracione in vltima editio, & ubi in versic. quintus casus, in fin. dicit, Domini de Rota pro maiori parte tenuerunt esse ius patronatus Clericale, est erratum, & debet diceri, laicale, vt apparet ex sequentibus, at cum in Hispania generaliter consuetudine Clerici possint testari de bonis acquisitis intuitu Ecclesie, & in illis eis ab intestato succedatur, sicut in bonis patrimonialibus, vt diximus d. c. 1. 2. parte, videtur dicendum, quod, si Clericus Beneficiarius ex bonis intuitu Ecclesie acquisitis fundet, seu dotet aliquam Ecclesiam, seu Capellaniam aut Capellaniam, poterit sibi, & hereditibus, seu consanguineis applicare ius patronatus, sicut posset si de bonis patrimonialibus id fecisset, & quod si de iure patronatus nihil disponat, spectabit ad eius heredes, non vero ad Ecclesiam, & consequenter illud

ius patronatus, non Ecclesiasticum, sed laicale censeri debet.

Quod etiam videtur militare in Episcopis habentibus indulgum, & facultatem testandi a Papa, fundantibus ius patronatus ex bonis acquisitis ex Episcopatu, & ita videtur in Hispania receptum, sapienter enim Clerici fundant, & dotant Capellanias ex bonis acquisitis suis Beneficijs Ecclesiasticis, & relinquunt ius patronatus suis consanguineis, approbantibus Ordinarijs, & nunquam tali iuri patronatus contradicentibus, & ad eorum presentacionem fit institutio talium Capellaniarum, in quocunque mense vacent.

Imo, quamuis Episcopi non possint testari de bonis ex Episcopatu acquisitis, tamen cum inter viuos fundant, seu dotant aliquam Capellaniam, seu Capellaniam, quod saepe accidit in Hispania, solent relinquere ius patronatus suis consanguineis, aut alijs sibi bene visis, absque eo, quod Ecclesie, seu successor in Episcopatu, vel Camera Apostolica ad quam bona relicta spectant, in eo succedat, aut sit introducta, & ideo, stante hac consuetudine, etiam illud ius patronatus consanguineis laicis relictum, videtur censendum laicale, quia, vt dicit Mohedan. decisio 9. in fin. ius patronatus laicorum dicitur, vbi presentat laicus, quae mihi facta probabilia videntur, quamuis a nullo authore asserta, seu tacta inueniam.

In quorum confirmationem facit resolutio in causa Pistorien. Decanatus, de anno 1554. coram D. Montisalconen. quam adducit Guidobonus, decis. 118. in manuscriptis, in qua fuit resolutum, quod erecto Beneficio de iure patronatus laicorum, in titulum Dignitatis Decanatus reseruat ius patronatus ipsius Decanatus pro quatuor vocibus patroni Beneficij, vt pro quinta parte Fratri laico ipsius possessoris Beneficij, consentientis erectioni, & doti augendo de proprijs bonis, sibi ab eo collatum, istud ius patronatus non est mixtum, sed pure laicorum, ex fundacione, & dotacione, na quoad quatuor voces, Domini dixerunt, sepius tenuit, quod si consistat Beneficium esse de iure patronatus, prout in isto casu, semper praesumitur, ex fundacione, & dotacione, quod quantum non constat, sed patrum sunt in quasi possess. presentandi, vt in heredo huiusmodi quasi possessorem presentauerit, quia tunc praesumitur ex usurpacione, vel privilegio, nisi talis quasi possess. sit vltra centum annos, quia eo etiam casu praesumitur ex fundacione, & dotacione, quod quantum vocem, quamuis clericus dotasset, etiam de bonis acquisitis intuitu Ecclesie, ex quo in erectione ius patronatus reseruat laico Fratri ipsius Clerici, non potest dici clericorum, nec eorum, vnde pronuntiat dot. quado ius patronatus datur laico, secus si daretur ipsi Clerico, quo casu intrasset dubium, an dotasset de bonis proprijs, vel ab Ecclesia prouentibus, vt per Rochum, verbo ius, questione 7.

Secundo dubitatur, an ius patronatus competentis tunc relictum operarijs, id est, praefectis fabricae Ecclesie, seu economis Ecclesie, hispane Mayordomo, qui solent esse laici, sit laicale, an Ecclesiasticum, in quo Felin. d. tract. quando licet a Apostolica institutione 4. tenet esse laicale, ex quo illi sunt laici, & non habent habitum religiosum, nec gaudent privilegio fori, & Canonis, quod etiam extendit ad Hospitalarios, id est, administratores Hospitalium, sequitur Selua, 3. parte 9. n. 12. qualitate, 4. fallentia n. 23. feo 60. & idem videtur tenere Couarr. d. cap. 36. numero 8.

Contrarium tamen sententiam, nempe, quod tunc sit Ecclesiasticum, tenent Hieron. Paulus in pract. Concill.

Cancel. A. versic. in causa mea Mayorens. & Lambert. 1. part. lib. 3. n. 1. art. 10. n. 6. ex eo, quod, licet sint laici, tamen eis competit ratio officij, & administracionis bonorum Ecclesie, & sic illud ius patronatus non prouenit ex eorum personis, sed ex ipsa Ecclesia, & inquit Hieronym. Paulus, isti, quamuis laici, quoad hanc administracionem, habentur per personam Ecclesiasticam, & representant personas Ecclesiasticas, quae de iure habent curam fabricae, & administracionis bonorum Ecclesie, & sic ratione officij, & vt tales administratores, possunt conueniri coram iudice Ecclesiastico, & in hanc sententiam Hieron. Pauli inclinatur, Mascard. d. conclusio, 960. n. m. 14. tandem sententiam tenet Rebassus in praxi, titulo de presentacionem, 6. dicens, quod ius patronatus competentis aditus, seu operarijs Ecclesiarum laicis, dicitur Ecclesiasticum, quia ratione Ecclesie eis competit, etiam si sint laici, & sequitur Gambarus de officio Legati, lib. 3. numero 390. & 415. qui tamen numero 382. intelligit doctrinam Felini, quando illi praefecti fabricae sunt laici, & non deputati, vel confirmati auctoritate Episcoporum. Sed meo videri sufficit esse deputatos a parcho, vel ab alijs, ad quos de consuetudine pertinet, & distincte verior mihi videtur haec sententia, nam & isti, tanquam patroni Ecclesiastici, habebunt, non quadri-mestre, sed semestre ad presentandum, & ita in vna Salamantina Capellaniam de Voto 5. Iulij 1595. coram D. Pamphilio infra adducta, 6. part. cap. 1. 4. numero 41. fuit dictum illam Capellaniam, cuius patroni erant Parochus, & economus Ecclesie, qui erat laicus (hisp. ante el Cura, 7. el Mayordomo de la Iglesia) esse iuris patronatus Ecclesiastici, & vt talem iusse comprehensam sub regula exequutorijs 8. in finem, & c.

Et idem mihi verius videtur in iure patronatus tunc spectante ad Hospitalarios, id est, administratores Hospitalium, etiam laicos, quando Hospitalia fundata sunt, seu approbata auctoritate Episcoporum, vt tenet Lambert. supra numero 7. & etiam Gambarus d. lib. 3. numero 413. & c. 999. qui docet, quod, quamuis ius patronatus fraternitatum laicorum, sit laicale, de quo statim dicemus, hoc tamen limitat, quando hoc ius competet fraternitatibus, vel alijs Collegijs laicorum, ratione alicuius rei, quae esset Ecclesiastica, vel locus pius, vt quia fraternitati commissi esset cura Hospitalis, vel fabricae Ecclesie, ratione cuius tale ius competet, hoc, inquit, Ecclesiasticum iudicem, cum tales ea de causa subint iudici Ecclesiastico auctoritate de Sanctissim. Episcop. 3. & c. conuocati, & facit, quod tradit Baldus in l. si quis ad declinationem, C. de Episcop. Clero. col. m. versic. deinde quero, & intelligit Gambarus de Hospitalibus erecto auctoritate Episcoporum iuxta dicta ibi numero 382. & lib. 5. rubric. de potestate Legati, circa Hospitalia, numero 33.

Et faciunt quae tradunt Felin. in cap. de quarta de praescript. a. n. m. 2. Balbus de praescript. 1. part. 5. part. in prin. n. m. 6. Selua de Beneficij. 1. part. quaest. 6. n. m. 8. Tiraquell. de priuilegijs p. ca. 1. in praesentacione, versic. item relictum, & seq. id quod plerique Mandol. de fignato a gratis, vt. si. in eadem, versic. an in alienacione, Anton Gabr. de lausa pia, consil. 2. Gambr. decis. vltim. numero 6. & ibi Additionator Flores de Mena, & quaest. 11. a numero 175. Ioseph. Ludou. decis. 30. numero 6. & 7. & decis. 96. numero 36. & 45. Recoames de rebus Ecclesie, rubric. 17. & rubric. 33. r. 12. Paulla in l. si aquam. cod. de seruis. & aqua,

numero 46. Ioann. Gutierrez caso, quest. lib. 1. capitulo 35. numero 29. Azcedo in l. 1. m. 1. lib. 4. recipi. a. numero 26. & in l. 1. m. 18. lib. 9. numero 4. Mascard. consil. 869. Solis de censibus lib. 2. cap. 3. numero 11. A. Rochus, de visitacione, verb. Hospitalia, Zerola in praxi Episcopalis, 1. part. verb. Hospitalia, 3. 3. 2. dubio, & Syluest. in summ. verbo Hospitalia, & c. alij, qui dicunt, quod Hospitalia erecta auctoritate Episcoporum sunt loca pia, & religiosa, & gaudent priuilegijs Ecclesiasticis, vt in cap. adhas, de relig. donat. vnde etiam gaudent immunitate, vt per Remigiurn de Gonnij, de immunitate Ecclesiarum, ampliatum 17. plura afferentem, Couarr. lib. 2. variat. cap. 30. numero 4. Radillam supra numero 49. D. Paz in praxi 1. 1. m. 5. part. cap. 3. 3. numero 27. Mascard. d. consil. 869. numero 18. & alios, quamuis Flores dicit. quaest. 11. numero 176. dicit, quod si non haberet Ecclesiam annexam in forma solemnium Ecclesie, non daretur immunitas coniugentibus ad Hospitalia, & ita colligere ex Remigiurn supra, qui tamen id non dicit. Et facit etiam, quod tradunt Laffare de da sua venditionis, cap. 19. numero 90. & Gironda de Gabellis 7. part. numero 43. & 66. qui dicunt, quod ex venditione bonorum Hospitalis per Episcopum approbati non debentur gabella.

Quinimo, & si Hospitalia non sit erectum, & tunc approbatum auctoritate Episcoporum existimo, nam, licet non sit locus religiosus, & sacer, & sic non gaudeat immunitate, vt per Remigiurn, Courru. & Pazibij, & Cabedo decis. Lusitana 204. p. 1. adhuc videtur esse locus pius, & de iurisdictione Ecclesiastica & gaudent priuilegijs Ecclesie, cum causa pietatis sit institutum, cap. de Xenodochijs de relig. donat. l. omnia priuilegia, C. de Episcop. Clericis auctoribus, hoc in portu. C. de sacro Ecclesie, vt videtur tenere Paumus, de officio & potestate. Cap. sede vacante, 1. quaest. 2. part. sub numero 5. & Euerar in topicis iuris, in loco ad Ecclesiam, ad pia loca, & in loco a munitibus ad Ecclesiam, numero 4. sequuntur Menochius de recuperand. poss. remed. 15. numero 22. 33. 36. & 37. Shortia Odus, de integ. restitu. part. quaest. 3. art. 5. & 6. & alij, quos congerit, & videtur sequi Tiraquell. in dicit. praesentacione, versicula. sed alij inueniunt, & Ioann. Gutierrez dicit. numero 96. in vno in 2. editio. tenet idem in effectu, cum Menochio & Shortia, nam refert se ad dicta, numero vigesimo tertio, dicendo, intelligi nisi in casu supra numero 33. pifano, & nouissime sequitur Castillo, de usufructu capitulo 54. numero 24. & est lex parva 21. tit. 1. 2. p. 1. quod maxime procedit stante S. Concilio Tridentino, & Ioann. Gutierrez de reform. capitulo octauo & nono, quo habent locum, etiam in Hospitalibus, & locus pijs priuatis, nec Ecclesiastica auctoritate institutis, vt S. Congregat. Concilij censuit, quamuis tunc plures contrarium, tenent Gambarus dicit. libro quinto rubr. de potestate Legati, circa Hospitalia numero trigesimo tertio & citati supra numero 601. & per Tiraquell. d. versic. id quod plerique, & per Anton Gabr. d. consil. 2. de causa pia.

Qui tamen ibi, numero 7. tunc inquit limitari forsitan posse conuenit, quod Hospitalia non censentur locus pius, quando non est fundatum auctoritate superioris, vt illa procedat, quando Hospitalia non est perpetuum, & potest Dominus illud reuocare, secus vero, quando esset perpetuum, ex Baldo, & Parisio, & propterea mortuo illo, qui Hospitalia erexit, qui non potest amplius penitere, nec Hospitalia erectum reuocare, tunc debet dici.



locus pius. & non priuatus, ex Abbate, & Socino ab eo relatis, numero 8. Quod etiam tenent Ioann. Lupus Decanus Segobien. de libertate Ecclesiastica 1. parte quasi. 16. numero 5. & 6. A. Rochus supra, & Zerola §. 1. 2. Flores diu. quæstion. 21. numero 179. & sequenti. & Mart. Antonius Geuen. in præf. Archiepiscopali curie Neapolitanæ, capitulo 17. & videtur tenere Selua diu. quæst. 6. & 7. & 26. Salazar de vrb. & consuetudine cap. 8. numero 34. & 35. & Mascare diu. conclusio 869. num. 34. quæ distinctio, & concordia mihi placet, quamuis primam sententiam indistincte teneant autores pro ea relati num. 620. maxime Sfortia articulo 6. num. 48. & 49. qui ait, quod licet, ubi viuerent fundatores, possint huiusmodi Hospitalia reuocare, Tobias concilio 61. a numero 3. Selua diu. numero 6. & 7. & Armilla verb. H. spualis, num. 1. tamen hoc non tollit, quin inter opus dici possint loca pia, vel saltem causa pia, seu opus pius, & quælibet causa pia gaudet priuilegiis, quibus gaudet Ecclesia, vt ex communi tradit ipse diu. art. 5. a nu. 31. post Tiraquell. diu. tr. de priuilegiis pia caus. priuileg. 140. & Syluestr. verb. legatum 4. num. 5.

604 Tertio dubitatur, si an ius patronatus confraternitatum laicorum, vt disciplinarum, &c. Hispanæ Cofradiaz, sit laicale, an Ecclesiasticum, in quo Felin. diu. tractat. quando litera Apo. solica limitauit 4. tenet esse laicale, sequitur Rochus de iure patronat. verbis numero 17. & Gambarus d. libro 3. numer. 412. & seq. ratio eorum est, quia sunt laici, nec habent habitum religiosum, nec gaudent priuilegio fori & Canonis, & sic iste fraternitates non possunt dici Ecclesiasticæ, nec pium Collegium, sed secularis, seu laicales, & vt tales debent conueniri coram iudice laico, Bart. in l. cum senatus, numero 4. ff. de rebus dub. & post alios Felin. in cap. 2. ad fin. de foro compet. Ardub. Gabr. d. tit. de pia causa, conclus. 1. Aules in cap. pratorum 2. vers. in confederatione. in 10. & relati per Tiraq. in d. præfatione vers. contrarium tamen, Rodoa de rebus Eccles. Rubrica 33. casu 15. & Nauarr. conf. 3. de foro compet. & tenentur ad solutionem gabellæ Gironda de gabellis 7. p. nu. 4. cum Auend. de exequend. Mandol. 2. part. cap. 14. numer. 32. eandem sententiam in proposito tenet Covarruias d. cap. 36. præd. num. 8. dicens hoc ius patronatus esse laicorum, nam etsi confraternitas causa pietatis instituta adheret, & sic affixa alicui Ecclesie, ipsi tamen, ex quibus Collegium hoc & Vniuersitas constat, & ad quorum suffragia presentatio fit, sunt laici, & ad hanc Vniuersitatem laicorum presentatio pertinet non ad Ecclesiam, nec aliquam Ecclesiasticam Dignitatem, inquit quæ in Hispania nõ admittit derogationes, quæ sunt in præiudicium presentationis quæ ad hæc Collegia pertinet. & Couarr. sequitur Fulcus de visitatione lib. 2. c. 14. num. 12. eandem etiam sententiam tenuit Rota in vna Valentina Beneficij 6. Octob. 1576. coram D. Robustero quæ est prima part. diuersorum dec. 574. in qua tenuerunt Domini, quod ius patronatus istius fraternitatis relictum dicitur laicale, etiam quod sint sub nomine alienius sancti, & etiam adherent alicui Ecclesie ex Felin. & Rochus, & Couarr. supra, nam ex quo confratres sunt laici saltem pro maiori parte, confraternitas non est Ecclesiastica, sed secularis, & ita fuit alias resolutum in vna Pistorien. 21. Maij. @ 21. Junij 1565. coram D. Sarmentis, &c.

605 At Lambertus l. p. 7. lib. 9. l. 1. ar. 10. n. 4. & 5. docet opinionem Felini procedere, quando confraterni-

tates non sunt affixæ alicui Ecclesie, quia tunc, vt laici censentur, quando vero sunt affixæ, seu annexæ alicui Ecclesie, tunc earum ius patronatus esse Ecclesiasticum, quia licet ipsi confratres sint laici, & ex sua persona non dicantur patroni Ecclesiastici, tamen quatenus faciunt Collegia, quæ Ecclesie adherent, bene dicuntur patroni Ecclesiastici. arg. cap. quanto de iudic. & que ibi notantur, & ita inquit n. 6. videmus hodie obseruari, quod tales fraternitates pro rebus communibus ipsius fraternitatis conueniuntur coram iudice Ecclesiastico, & non coram laico, quia fraternitas ipsa est annexa Ecclesie, licet confratres ipsi de aliis eorum rebus, & delictis conueniantur coram iudice seculari, quod fecerunt Ioannes Gutierrez diu. libro 1. cau. quæst. cap. 35. numero 24. nam istæ fraternitates sunt loca pia, & religiosa, vt tradit num. præ. de iur. & num. 25. idem existimat in omnibus confraternitatibus pijs ab Ordinario Ecclesiastico approbatis, ex eius namque approbatione iam pietas causæ clarus elucet, qui etiam in proposito iuris patronatus videtur tenere cum Lambert. nam numero 30. ad illum se refert circa hoc.

Mihi in hac re videtur dicendum, confraternitates laicorum causa pietatis institutas, & maxime ab Ordinario Ecclesiastico approbatas, prout esse solent, esse loca pia & religiosa, & priuilegijs Ecclesiasticum gaudere, & sic super eorum rebus coram iudice Ecclesiastico esse conueniendas. Lambert. supra Redoa rubrica 27. num. 7. & contra Hieronymum Gabr. consil. 162. libro 1. recte tradit Fulcus d. lib. 2. cap. 14. num. 4. & 5. Azueedo d. l. leg. 10. titulo 18. libro 4. recopil. a. num. 26. & in diu. leg. 3. titulo 18. libro 9. a numero 1. Solis d. lib. 2. de censibus cap. 3. numero 11. A. Rochus, de visitatione, verb. laicorum, pag. 77. Menoch. 4. reuel. 15. de re.UPER. and. n. 36. & 37. Sfortia d. 1. par. quæst. artic. 6. Ioan Gutierrez d. cap. 35. n. 23. 24. & 25. & Cillillo d. cap. 54. de visitatione. n. 24. qui quatuor vltimis, maxime Sfortia, idem dicunt etiam si non fiat fundatae autoritate Episcopi, nempe, quod sint loca pia, post plures relatos per Tiraquell. d. præfatione, vers. sed alij in d. iudic. & vers. siue relictum fraternitatibus, quod etiam videtur velle Azueedo in d. l. 1. a nu. 1. & tenet Bobadilla in sua politica, lib. 2. cap. 18. num. 228. Licet male dicat Confraternitates esse fori Ecclesiasticæ mixte, si enim sunt loca pia, & gaudent priuilegijs Ecclesiasticum, de foro Ecclesiastico solum esse debent, maxime, cum sunt ab Ordinario Ecclesiastico approbate, & Flores d. 9. 21. num. 190. & seq. ait Confraternitatem institutam ad pia causas. licet non sit locus religiosus, esse tamen piam causam. & gaudere Ecclesie priuilegijs & sacri Concilij Trident. d. cap. 8. & 9. sess. 22. de reform.

Vnde in rigore videtur t. verior sententia Lambert. quod ius patronatus istarum Confraternitatum sit Ecclesiasticum, nam quamuis Confraternitas sit vniuersitas laicorum, tamen ista Vniuersitas laicorum est locus pius ad minus, & de foro Ecclesiastico, & si est approbata ab Ordinario Ecclesiastico, non solum est locus pius, sed etiam religiosus, vt dictum est. Et ideo huiusmodi Confraternitates habebunt sine dubio semestrem ad presentandum, & non quadrimestre, nec poterunt variare sicut laici.

Ex æquitate tamen t. ad effectum derogationis, & reservationis, de quo hic agimus videtur istud ius patronatus Confraternitatem laicorum censendum

dum esse laicale, ex ratione D. Couarr. supra, allata, nec ad istum effectum huiusmodi Confraternitates esse Ecclesiasticas reputandas.

609 Et idem erit dicendum in iure t. patronatus spectante ad Priores, seu officiales eorum, qui solent esse laici, quamuis aliquando sit Clericus, vt in d. de iur. 57. q. 8. & 9. vt verbi gratia in Confraternitate Abulen. Domine nostræ de Sanfoles, in qua aliquis officialis, seu patronus est aliquando clericus.

610 Si tamen ius patronatus relictum esset priori t. alicuius Cntra t. t. n. t. laicorum qui semper est, & debet esse persona Ecclesiastica, tale ius patronatus erit abfolute Ecclesiasticum, pertinet enim ad Dignitatem Ecclesiasticam, quamuis in hoc contrarium videat ut dicit in d. de iur. 57. q. 8.

611 Vnde in Confraternitatibus disciplinarum huius civitatis Abulen. t. quæ sunt Sacre passionis, & veræ Crucis, & Transiõionis, in quibus sunt etiam Clerici, qui per se nominant, & eligunt suum Priorem, seu iudicem Clericum, ius patronatus relictum huic Priori Clerico, seu ipsi Clerico Confraternitatis, & eorum Congregationi tantum, est Ecclesiasticum absolute, cum non pertineat ad laicos, sed ad Clericos vt sic.

612 Et quod dictum est de Hospitalibus, t. & Confraternitatibus, videtur similiter dicendum de Collegiis institutis pro sustentatione studentium pauperum, vel aliorum egenorum, quod sunt loca pia, & gaudent priuilegijs Ecclesie, & de iurisdictione Ecclesiastica, & si sunt instituta, seu erecta autoritate Ecclesiastica, non solum sunt loca pia, sed etiam religiosa. Gironda de gabellis 7. p. nu. 42. & Azueedo diu. l. 10. titulo 18. & recopil. l. 26. & l. 1. titulo 18. lib. 6. numero 3. & sic procedit quod dicit Socinus, Barbara, Rochus, & alij, quos refert, & sequitur Cardin. Albanus in lucubracionibus ad Bart. in 1. fin. ff. de Collegiis sicutis, nempe, quod Collegium studentium reputetur Ecclesiasticum, licet maior pars sint laici, quamuis mihi non placeat quod ait Nauarr. consil. 6. de financia, quod committatur financia in venditione locorum huiusmodi Collegiorum, licet enim Collegium sit locus pius, aut etiam religiosus, tamen illius loca, & Præbendæ, nihil spiritualitatis habent, sicut nec etiam loca seu lecti Hospitalis, & doctrina Bartol. d. l. fin. numer. 15. quam sequitur Abb. in capite l. i. vers. de constit. nu. 14. & in cap. 2. de l. i. & alij ibi, & Aulicæ de potestate Ecclesiastica super laicos, num. 12. Covarruias, præf. cap. 34. sub numero prima & Azueedo d. l. 10. numer. 25. de de qua infra cap. 3. numero sexagesimo tertio. vbi alij citantur, quod ad iudicandum, an Collegium sit Ecclesiasticum, vel secularis, inspicendum est, an maior pars sit laicorum, & tunc sit secularis, & hinc: non maior pars, seu equalis sit Clericorum, & tunc sit Ecclesiasticum, procedit in Collegiis non fundatis pro sustentatione pauperum, & sic causa pia, sed in Collegiis Doctorum, & Scholarium, non pauperum, seu in Collegiis aliquorum officiorum, & sic ius patronatus spectans ad prædicta Collegia pia pro sustentatione pauperum instituta, in rigore est Ecclesiasticum, licet ex æquitate ad effectum derogationis, & reservationis, si maior pars est laicorum, videtur censendum laicorum, sicut de iure patronatus Confraternitatum diximus.

613 Vnde inferitur ad quæstionem t. de subsidio imposito per Papam ad fauorem Regis nostræ Philipp;

super redditibus Ecclesiasticis, an huiusmodi Collegia debeant in eo contribuere de bonis suis temporalibus, & videtur dicendum, quod si sunt instituta, & erecta autoritate Ecclesiastica, nempe autoritate Apostolica, seu Ordinaria, debeant contribuere, ex quo sunt loca non solum pia, sed religiosa, seu Ecclesiastica, vt probatur ex verbis Bullæ Pij IV. & V. super huiusmodi subsidio ibi, super omnium & singularium Cathedralium, etiam Metropolitanarum, Collegiarum, & aliarum Ecclesiarum, & Capellaniarum Conuentualium, & aliarum mensurarum fructibus, & redditibus, & proventibus, &c. quibus verbis comprehenduntur bona Collegiorum autoritate Ecclesiastica erectorum, redditus enim cuiusvis communitalis, seu loci pij, dicuntur sive mensæ, seu superioris elem. 1. §. eadem quoque de supplen. neghgentia Prælati, ibi, non applicant mensis suis, vbi Card. & Bonif. num. 1. Clem. 2. ibi, nisi a sua de rebus Ecclesie, & confirmatur exceptione facta à Papa de Hospitalibus actu Hospitalitatem seruantiibus, quod non teneantur ad dictam contributionem, ex qua remanet impositio certa, & firma in omnibus alijs Hospitalibus acta cum non exercerentibus, & similiter in omnibus locis pijs, & religiosis autoritate Ecclesiastica institutis, vt Collegiis pauperum, & confraternitatibus, quæ etiam solunt subsidium, vt in praxi videmus. Nam exceptio firmat regulam in contrarium, & etiam declarat l. nam, quod liquide, §. fin. de penultima cum alius. Euerat. loco ab exceptione ad regulam, Couarr. lib. 2. vari. cap. 5. numero 4. Gonzalez glof. 54. numero 19. qui alios citat, Super quo modo lis pendente inter Collegium S. Bartholomæi Vniuersitatis Salamantinae, & Clerum di. di. Episcopatui. Si vero prædicta Collegia non sunt instituta autoritate Ecclesiastica, sed priuata ipsorum fundatorum tantum, non videtur debere contribuere in dicto subsidio, quia licet sint loca pia, & gaudeant priuilegijs Ecclesie, & de iurisdictione Ecclesiastica, non tamen sunt loca religiosa & Ecclesiastica, sicut etiam non contribunt eadem ratione opera pia, & Capellanæ non collatiuæ, ex quo fundantur autoritate priuata fundatorum tantum, & ita fuit obtentum, & iudicatum in fauorem Collegiorum S. pelagij, & S. Michaelis di. Vniuersitatis Salamantinae, quæ non sunt fundata autoritate Pontificia, vel Ordinaria, &c.

614 Quarto dubitatur, an quando t. ius patronatus est Ecclesiasticum, & laici, & facta est conuentio, seu concordia de alterius verbis presentando iuxta Clem. plures §. vt factus de iure patronatus in turno Ecclesiastici, censetur Ecclesiasticum mere, & in turno laici, laicale mere. Et videtur, quod sic ad doctrinam Ioannis And. in cap. cum illis §. fin. in fin. de Præbend. in 6. quam sequitur Rochus verb. in §. 6. & alij, & ad decisionem Salamantinam alterternatiuæ infra adducta 7. 708.

Vnde, si stando in turno t. Ecclesiastici Beneficium vacaret in mense Apostolico, Beneficium caderet sub reservatione, & nihilominus Ecclesiasticum consumeret suum turnum, tunc enim Papa prouidet loco illius, & alius fieret præiudicium laicorum contra vero, si Beneficium vacaret in turno laicorum, non caderet sub reservatione, & si prouideretur à papa, cum derogatione iuris patronatus mixti, nõ haberet locum derogatio ad decisionem Achillis 315. seu 2. de iure patro. & putet 107. lib. 3. & alia adducta num. 709. nec contra id, quod dixi quod prouidit